3.
2

¶ Incipit opusculum tripartitum de p̄ceptis decalogi De cōfessione et de arte moriendi p eximiū sacre theologie professorē Magistrū iohannē de Jersona alme vniuersitatis pisiēsis Cancellarium.

Christianitati suus qualiscunq̄ zelator · p̄sperum ad virtutes viciis depulsis incrementum Salubre duxi sequens opusculum tripartitum de preceptis · de confessione · de scientia mortis · breuitate qua potui tradere · quatuor presertim cristianorum generibus profuturū Primo sacerdotibꝰ et curatis illitteratis atq̄ simplicibus · qui confessiones audire debent · Secundo indoctis quibuscumq̄ personis secularibus aut religiosis · que ecclesie solitis sermonibus aut predicationibus · p diuinorū p̄ceptorū noticia interesse non possunt · Tercio pueris et iuuenibus · qui a rudimentis infantie · circa fidei nostre generalem tenorem et principalia puncta primitus debent erudiri · Quarto personis domos dei vel hospitalia loca frequentantibus et infirmorum sollicitudinem gerentibus · ¶ Quocirca ad huius doctrine publicationem quadruplex personarum status debet vigilare · Primo prelati quos inferiorum curatorum regimen de propinquo concernit·

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

quibus inſuper curatorum ignorantia craſſa diuine legis. et inſufficiens eruditio ſimplicis populi imputabitur in peccatum. Secundo parētes pro filijs apud ſcolarum rectores inſtare deberent. ¶ Tercio domorum dei et locorum hoſpitalium gubernatores et magiſtri. ¶ Illi quarto generaliter. qui in verbis aut factis a alijs ſignis alios ad peccandum induxerunt. Quicꝫ ex officio alios docerē debuerāt et id agere negligunt. hij namqꝫ ſumptibus ſuis et diligentijs. per huius aut ſimilis doctrine publicationem debent aliorum correctionem procurare. Hoc enī agere penitentia quedā eſt. hoc ſatiſfactio. hoc opꝰ miſericordie deo acceptius q̄ elemoſina corporalis. Agant igitur prenominati q̄ doctrina hec libris inſcribatur. tabellis affigatur tota vl' per partes in locis communibus vtpote in prochialibus eccīis. i ſcol' in hoſpitalibꝫ. in locis religioſ. Deniqꝫ expediens videretur. vt ſuper hoc fieret a principātibus edictuꝫ. aut q̄ ab eccīe prelatis idulgētie cōferrentur. Actor vero ſeipſum exonerat apud te xp̄ianitatem ſcīſſimam. agat quilibet q̈ in te et de te gloriatur qđ bonum eſſe cognouerit. Glīa ſit altiſſimo deo. in cuiꝰ noīe pn̄s aggredior opus ad ſalutem fidelium animarū. ordinatū ad eruditōem precipue rudis et ydeote pp̄li. et eorum quibꝰ cōſuetis eccīe ſmoibꝰ et p̄dicatōnibus minꝰ intereſſe aut informari cōcedit· ¶ In quo veluti tabella quadam et compendio breui· tenorē fidei xpiane lucide poterit inſpicere· et diuina precepta ꝓhibitōneſqꝫ vt ex hijs q̄d agere quid ve fugere debeāt poſſit diſtinctius agnoſcē· ¶ Cōtinet aūt p̄ns tractatulꝰ capl'a xviij· quorum quodlibet in duas vel tres vł quatuor ꝑticulas cōuenienter ſubdiuidi poſſet·

¶ Primū capl'm affirmat mūdū a deo fuiſſe creatū et ꝙ ipē deꝰ vnꝰ ſit et trinꝰ ¶ Cur etiā aut ad quē finē hō creatus ſit·

Firmiſſime credendū eſt et nullatenꝰ dubitandū ꝙ ſolū vnus eſt deus omnipotens· oīa ſciens· et oēm ꝑfectōez habens· in tribus ꝑſonis diſtinctis· que ſunt pater et filius et ſpiritus ſanctus· qui mūduz creauit· et creatū regit et gubnat ſola ſua liberrima volūtate· et dignātiſſima bonitate·

¶ Speciali aūt prouidentia hūanam gubernat et dirigit creaturā· dans viris et mulieribus animas immortales· creans eas tēporalit̄· tūc cum eas corporibus infundit· et ad imaginez et ſimilitudinē ſuam formans eas· vt creatus hōmo ſuum conditorem deum cognoſcat· diligat· veneretur· et eius p̄ceptis in hac mortali vita obediens· per opera bona et meritoria vitā tandē immortalē btītudinis plenā· in aīa et corporē perpetuo cōſequatur· et ita ſit bonis angelis ſociatus· et in loco malorum angelorum ſiue demonū ſubſtitutus· Qui demones propter peccatū in has inferiores ptes terre corruerūt· dāpnationis ſententiā ſuſtinētes Cū q̄bꝫ etiā iuſtiſſime dāpnabūtur hoīes ŋqui diuinis p̄ceptis inobediētes· et more beſtiali q̄ſi non haberent animā rōnalē ſuis voluptatibꝰ ſeruientes·

Scd̄m capl̄m oſtendit hūanum genus ꝓpt̄ p̄morum parentū tranſgreſſionē et peccatum multiplicē īcurriſſe miſeriā·

Si dei veritatē credendum ēſt primos parentes noſtros adam et euā qui ad tam nobilē finē cōſequende beatitudinis creati fuerant· clauſiſſe paradiſi ianuam et beatitudinis introitum toti ſue poſteritati generis humani· Quādo per peccatū inobedientie donum iuſticie originalis· quadā hereditaria poſſeſſiōe pro ſe et ſuis poſteris acceptum a deo ipſi proditores perdiderūt· Quo dono gratuito originalis iuſticie conſeruato nos omnes a culpa immunes fuiſſemꝰ· et ab omni miſeria famis et ſitis aut infirmitatis abſoluti· et ab alia quālibet penalitate liberi· adeo ꝙ omnis alia corporalis creatura nobis

pacifice ſbiecta fuiſſet · et tandē abſqꝫ mortis
pena in padyſū fuiſſem⁹ tranſlati · hoc autē do
no ꝑ peccatū primorum parentum vt p̄miſſuꝫ
eſt poito · nos moriēdi neceſſitatem · et vniū
ſam quā patimur penā atqꝫ miſeriā īcurrim⁹ ·
quia naſcimur in peccato originali · ſcꝫ in p̄oic
te originalis iuſticie carentia · contra qđ pecca
tū tāq̄ remediū efficax a xp̄o inſtitutū ē bap
tiſmi ſacramentum ·

¶ Tercium capłm declarat qualiť a deo redēpti
fuerim⁹ · q̄s etiā ſit generał tenor xp̄iane fidei
et credendoꝝ a ſinguł ·

Omnipotēs dn̄s ac pijſſimus pater no
lens humanum gen⁹ tot et tantis ſub
iectū miſerijs ineternū perire · et a re
gno padiſi in perpetuū exulare · ꝯcurrēte iuſti
cia ſimul et miſericordia hijs remediuꝫ decre
uit adhibere ¶ Voluit ſiquidem idem pijſſim⁹
pať vnigenitum filium ſuū abſqꝫ corruptione
carnem ſumere · et homiem fieri · intra inteme
rate virginis marie immaculatum vteꝝ · Tan
taqꝫ et tam mirabilis vnio facta eſt duaꝝ na
turarum diuie et humane in vna perſona filij
dei · vt vere de⁹ homo diceretur et homo de⁹ ·
ipſe eſt ihēſus criſtus ſaluator noſter pariter
et redēptor ¶ Qui antea quidem a patarchis
et prophetis denunciatus · nouiſſime in fine

tēporum in hac vltima mūdi etate cōceptus et natus · a pastoribus est cognitus · a tribus regibus orientis adoratus · a symeone sene et alijs q̄ꝑ pluribus predicatus · et a beato iohanne baptista demonstratus · ¶ Idem deus et dominus noster ihesus cristus circiter ānorum trium spaciū legeꝫ diuinā xpianamqꝫ religionē p̄dicauit et docuit · eam innumerabilib9 miraculis confirmando · quā et in scripturis quatuor euangeliorū nob̄ per suos ministros exhibitam obseruādā reliq̄t · ¶ Ordinauit insup septē sacramenta ecclāstica · q̄ sūt baptism9 · confirmatio · ordo · eukaristia · penitētia · matrimonium · vnctio extrema · ¶ Ipse postremo vt nos redimeret et saluaret sub pontio pylato supplicio crucis acerbissimam sustinuit passionē et mortē · sepultus deinde · a tercia die resurgēs · spacio dierū quadraginta discipulis suis veritatē sue resurrectōis declarās frequenter apparuit · ac tandem videntibus ap̄lis celos ascēdēs sedet ad p̄ris dexterā in excelsis · venturus est postremo idem dei filius ihesus cristus in fine mūdi p ignem finiendi · et in melius imutandi · iudex generalis hoīm cūctorū in aīa et corpore resuscitandoꝝ · redditurus singulis p̄mia meritoꝝ · bonis siquidem celeste regnū p̄hēnis beatitudinis · peccatoribus vero penale supplicium ignis eterni ¶ Hic est generalis tenor orthodoxe fidei cristiane · quam firmiter crede re tenetur catholicus quilibet ratione vtens· abſq3 curioſitate· purẽ atq3 ſinceriter ſine falſitate· et certitudinalit̃ relecta dubietate et nolens plus ſapere q̃ oportet· ſed occurrentibus difficultatum dubijs humiliter ſe ſubmittat credulitas ſimplicium intemerate fidei ſãcte matris eccleſie · ſapientum prelatorum et doctorum ac omnium ſanctorum et ſanctarum qui in teſtimonium huius inuiolate fidei vſq3 ad mortem dimicauerunt· ¶ Contra hãc fidem illibatam grauiſſime peccant heretici ſciſmatici· ydolatre· ſortilegi incantatores· et magici· ceterisq3 artibus a lege diuina prohibitis vtentes· aut demonum inuocatores· et generaliter qui articulos fidei noſtre totaliter aut in parte· palam vel occulte derident· Illi preterea qui non credunt deu3 omnia iuſtiſſime regere ſua liberrima voluntate· ſed potius aſſerentes omnia nature vel fortune vel fato ſubia ¶ Preterea malorum queãdmodum bonorum finalem ſaluationem affirmãtes· Illi deniq3 q̃ noſtrorũ actuu3 imputabilitatẽ ad meritũ vl' demeritũ negãt· qui dei p̄deſtinatoẽm vl' reprobatonẽ dicũt opm nrõ3 tollẽ libertatem· Horum ſimiles contra fide3 orthodoxã ſũt errores innumeri procedentes ex intellectu ſuperbo ·hũiliare ſe deo recuſãte· aut ex falſa phĩa vel potius melãcolia fantaſtica· aut demu3 ex voluptuoſa carnalitate rationis iudicium et affectꝰ pietatē ſubuertente·

¶ Quartum cap̄lm manifeſtat quid deus nob̄ obſeruandum precepit enumerans decē p̄cepta decalogi·

SI igitur vt in ſuperioribus habitū eſt deus optimus atq₃ iuſtiſſimus nos homines vltra ſupraq₃ irrationales creaturas adeo excellenter condiderit ad ymaginem ſuā· ſcilicet vās memoriam intellectum· atq₃ voluntatem· vt cognoſcamus eum ſeruiamus et amemus· Miſericordiſſime preterea redemerit· paſſionem pro nobis talem perferendo· qualem nec ipſi pro delictis noſtris ſufferre vellemus· profecto iuſtiſſimum eſt vt ipſi deo fideliter ſeruiamus· tanꝙ̄ ſubiecti ſupremo domino· ſicut filij naturales patri legittimo et velut ſerui ex dominio peccati· carcere· morteq₃ redempti ſaluatori liberaliſſimo· Attento ꝙ nobis eius precepta ſeruantibus gloria inexcogitabilis ab eodem promittitur· tranſgreſſoribus vero ineſtimabilia tormenta reſeruantur· ¶ Cognoſcens nichilominus ipſe pijſſimus pater noſtram fragilitatez et exiguam potentiā n̄ requirit a nob̄ ōe ſeruicium quod ſecundum iuſticie rigorem exigē poſſet quin potiꝰ dedit certum numerū preceptoꝝ quoꝝ obſ̄uatō ſibi ſufficiēs eēt· q̄ etiā legis de calogo continentur· ¶ Qua propter ad hec p̄cepta ſcienda et intelligenda tenetur quilibet per ſe vł alium diligentiam apponere ꝓ conſeruacōe vite ſpūalis q̄tum pro vite corporalis ſuſtentatione poneret· ⁊ eo maiorē quo īmortalis anima eſt corpore p̄ſtantior· ſine quoruꝫ noticia nullus poteſt conuenienter peccata vitare aut ab eis reſurgere· et quorum ignorātia ex deſidia ꝓueniens non excuſat ſꝫ accuſat et condempnat· Sūt autem hec decem p̄cepta hys metris comprehenſa· Vnū crede deum· nec iures vane per ipſum· Sabbata ſāctifices et venerare prēs Non ſis occiſor fur mechus teſtis iniquus ¶ Viciniqꝫ thorum· res qꝫ caueto ſuas·

Quintū capłm·

Primum preceptuꝫ eſt· diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo ex tota mēte tua· et ex tota virtute tua· Hoc eſt nō voles ſcient̄ rem quācunqꝫ amaē plꝰ q̄ deum propter quod dei amorē perdas Hoc āt preceptuꝫ ꝯueniēter ab homine ſeruatur et n̄ aliter ſi legem dei et alia p̄cepta opibus impleat· ¶ Quiſquis em̄ mortalit̄ peccat p̄ceptum hoc infringit qꝛ volūtatē ſuam diuine volūtati oppoſitum precipienti anteponit· ¶ Spālit̄ āt ꝯtra hoc preceptum agūt hoīes ingrati

cõtra diuina iudicia et ordinatões aut regimẽ
erga ſe vel alias creaturas murmurantes q̄ſi
non eſſet deus oĩo iuſtus bonus atqꝫ miſeri
cors et totus amabilis atqꝫ deſiderabilis. ¶
Illi item qui in foueam deſperationis ſeipõs
precipitant per impacientiam ¶ Illi preterea
qui vrgente īfirmitate aut neceſſitate aliqua
ſortilegos conſulunt et diuinatores · vtentes
potiꝰ ĩ hijs ſcripturis aut breuibus cartulis ſi
ue cedulis collo ſuſpenſis aut caracteribus et
alijs quibuſlibet vanis credulitatibus quaſi
deus ipſe non eſſet vſqꝫquaqꝫ bonus potens et
ſapiens ad eis ſuccurrendum quantum ſit eo
rum neceſſitatibus expediens ¶ Faciat igi
tur homo in neceſſitate conſtitutus quantum
poteſt procurans remedium naturali induſtria
non temptando deum qđ graue peccatum eſt
aut noua miracula expectando deſiderandoqꝫ ·
¶ Reliquum vero quod nature vires excedat
deo plena fide committat et indubitanter de
us qui noſcit omnia quiqꝫ optimus eſt illud
quod optimum eſt commodiſſimumqꝫ fuerit
homini conferet ¶ Sepe equidem infirmitas
paupertas aut alia queuis tribulatio eſt homi
nibus vtilior q̄ nimia proſperitas qua facili
ter abutimur · ¶ Scit namqꝫ pater quid filio
proſit · magiſter quid diſcipulo conueniat · et
medicus pacienti de remedio competenti nouit
melius prouidere ¶ Peccant inſuper cõtra

p̄ceptum hoc illi qui mūdano quodā timore irriſorum aut oblocutorꝝ verba formidantes diuinis preceptis obedire verentur· ¶ Quap̄pter etiam grauiſſime peccant huiuſmodi irriſores· perſonas diuino ſeruitio deditas in ſtatu religionis· virginitatis aut viduitatis conſtitutas· aut ſtudio theologie deputatas affectione carnali a bono opere retrahentes·

¶ Hoc rurſus precepto nobis precipitur honor et reuerentia ſanctis exhiberi· ſpecialiter virgini marie· et bono angelo cuſtodi noſtro vt michil turpe ipſo vidente et preſente faciamus· quod preſentibus hominibus agere refitaremus· deniqꝫ ſanctorum reliquias· loca ſancta et beatorum ymagines debemus venerari· nō pro ipſis ſed quia videndo eas honorē impendimus rebus repreſentatis per eas iuxta ritum ſancte matris eccleſie· alioquin peccatū ydolatrie ꝯmittitur ymaginē ſecundum ſe adorādo credendo ipſam imaginem pulchrā ſiue turpem nouam aut veterem plus aliquid habere virtutis et quicquam numinis includere vel diuinitatis· ¶ Huic precepto plurimū contrariatur nimius honor dominis temporalibus aut magnatibus adulatione ſiue malo aliquo fine exhibitus· ¶ Omnis etiam ſimulatio vel ypocriſis ad inanem gloriam hominū aut fallacem deceptionem ordinata· ¶ Inmoderatus item amor parentum erga filios·

et generaliter auri et argenti · aut alicuiꝰ creature. ſic ꝙ homo ibi ſiſtat et in eis cōfidentiaꝫ ponat · Non em̄ hec oīa ab infernali morte nos poterunt liberare · ſolus quippe deus eſt verus et fidelis amicus qui ī extrema neceſſitate opē p̄ſtare poteſt · Unde et ſuper omnia confident̄ cum cordis ſinceritate honorari debet adorari et diligi · ꝛc̄ ·

¶ Sextū capl̄m eſt de ſecūdo p̄cepto ·

Secundū p̄ceptū eſt · Nō iurabis p̄ nomē dei tui iuanū et ſine cauſa · ¶ Contra hoc p̄ceptū p̄ncipalit̄ agūt q̄ ſciēter qđ falſū eſſe credūt iurant · periurium cōmittendo · Valde namqꝫ hoc graue peccatum eſt cum deus aſſumatur tanquam teſtis falſitatis · et qui artificioſe iurat falſuꝫ · artificioſe deierat · quamquā enim pro loco et tempore cōuenienter veritas poſſit ſubticeri · non tamen dici falſum ſcienter et periurium committi ·

¶ Peccant etiam grauiter contra preceptum hoc qui turpia faciunt iuramenta deum blaſphemantes · et animas ſuas iurando demonibus deuouentes · quiqꝫ de humanitate criſti a ſanctis inhoneſte loquuntur ¶ Contra quos omnes ſic periuros et blaſphemos · ſtatute ſunt leges punitiue tam a terrenis principibꝰ ꝙ̄ a prelatis eccleſiaſticis · ¶ Unde dolendum

eſt ꝙ propter negligentiam ipſorum quibus
penas exequi pertinet nō ſortiuntur effectuꝫ·
Multum vero diligenterqꝫ premiſſa deberent
attendere· hij q̃ cā lucri de facili iurant· quēad
modum mercatores et mercatrices· Illi etiam
qui abſorpti paſſione aut ebrietate ī ludis fre
quēter inhoneſtis ſiue ꝓhibitis· vt ē taxillorū
ludus enormiter iurant· et generalit̄ q̄cūqꝫ ꝑ
uerſa cōſuetudine aut inclinatione preuēti iu
ramētum emittūt· In talibus quippe ſepe ꝑiu
rium cōmittitur ꝓpt̄ qđ etiam tales aliqui pe
iores ſunt in hoc ſarracenis aut iudeis minus
deū honorātes· Ad hoc āt genus peccati periu
rij ſcꝫ· reducitur votoꝝ fractio· et ſolutio fidei
matrimōnialis· et generalit̄ īfidelitas· qua in
alteri⁹ ꝑiudicium· ſecretū ipm̄ reuelat̄· ſiue
ꝑ cōfeſſionē ipſi⁹ ſiue alio mō ſecreto cognitū·
lege namqꝫ diuina et naturali ſecretum teneri
debet· quod in ſecreto acceptū eſt· niſi alia vi
a fuerit ſibi detectū· Poſtremo ↄtra preceptū
hoc reductiue peccant q̃ vouēt aut promittūt
ea q̄ ſūt de ſe illicita· ꝙ ſi ꝓmiſſa talia opere cō
pleāt grauius inde et dampnabilius peccāt·

Tercium p̄ceptū eſt· Tu obſeruab̄ dies
dñicos et feſtiuos ab eccl̄ia ſuari p̄cep
tos· Hec obſuatō aut veneratō mltipli
cit̄ accipiēda eſt· Primo q̄dē vt quilibꝫ xpian⁹
illo die dñico vel feſtiuo legitimo īpedimento

ceſſante · inmiſſam audiré teneatur · Scdo vt quilibet eo die abſtineat · ab oī labore ā mercatione · et alio quouis laborioſo ope · ſecundꝫ ritū et ꝯſuetudinē patꝛe quam inhabitat · quā ꝯſuetudineꝫ p̄latis ſpiritualis illiꝰ loci cognoſcēs nō ꝓhibet · Qd ſi alicui ſuꝑ tali ꝯſuetudine ſ̄uanda aut alijs caſibꝰ dubietas occurrat ꝯſulat ille ſuꝑiores et ꝑitos · ne per amplam nimis aut ſtrictam ꝯſcientiā · in pccm̄ cadat · Tercio accipienda ē hec obſeruatō vt vnꝰ q̄ſqꝫ illo die propriam vitam et conſcientiā diſcutiat de ꝯmiſſis criminibus a deo veniam petēs Recognoſcere debet tunc criſtianꝰ mľtiplicia beneficia ſibi a deo preſtita · nō in aliquo murmurādo · aut ſibi guerram de bonis ſuis faciēdo ſꝫ grās referendo · Debet tūc audire verbū diuinū et ſpūalis doctrina pacifice atqꝫ reuēnter abſqꝫ irriſione aut īpedimēto quocūqꝫ · Meditetur ꝑterea q̄libet et corā ocul̄ cordis q̄tuꝫ ꝑt ꝯſtituat mortem ſibi de ꝓpinquo imminentē infernū atqꝫ paradyſū · morte etiam p̂otiꝫ hoīm qui in hac vita p̄fuerūt · facta etiā memorabilia ſcōꝝ et ſcāꝝ · dicat Pater noſter · Aue maria · Credo · et alias ſi quas didicerit orationes deuotas · penitentias iniunctas ſibi diligentē perficiat · requirat inſuper diuinꝫ auxilium intceſſione mediante ſcōꝝ et ſcāꝝ a q̄bus velut pauper et mendicus elemoſinā ſpūalem poſtulet · nunc ad vnum nūc ad alium ſe ꝯuertens quouſqꝫ bonū aliquod ſpūale ī ſaccum ſue paupertatis congeſſerit Preterea doceat quiſqꝫ curam aliorum habens filios aut filias et alios ſeruitores diebus ſolempnibꝰ et feſtiuis ſimilia facere Horuꝫ enī omiſſio culpabilis eſt defectus. ¶ Predictis tñ non obſtantibus licite p̄t hō diebꝰ dñicas et feſtiuis aliq̄ꝫ recreationem et ſpaciamentū vł ludum honeſtū cauſa ſolacij aſſumē plus q̄ꝫ alio tēpore· dū modo p peccatū mortale nō offendatur deꝰ · comedendo bibendo coriſando aut aliū ludum exercendo· Quāq̄ꝫ frequentiſſime in talibꝰ ludis grauia peccata ꝯmittātur· quēadmodū plurima rixe diſſēſiōes deſideria· carnalia opera· verba et carmina luxurioſa contra deum et equitatem iuſticie adeo vt ſepius die dominico minus malum eſſet arare q̄ꝫ talia perpetrare

¶ Contra preceptum hoc peccant grauiter impedientes predicationem· aut diuinum ſeruitium· verbis aut factis intra eccleſiam aut extra· Quicqꝫ circa eukariſtie ſacramentum irreuerentes ſūt· aut erga alia eccleſiaſtica ſacramēta ſicut baptiſmi et matrimonij celebrationē quidam ſunt irridentes· et ſacramēta confirmationis et vnctionis extreme ſuſcipere ꝯtēpnētes· ¶ Ceteꝝ contra idem p̄ceptum valde g̃uiter delinquūt hij qui ī certis ſolempnitatibꝫ āni irreuerentias multas et abhomīabiles ꝑpetrant· Illi etiam qui talia facētibꝰ dāt ꝯſenſuꝫ

Illi preſertim q̃ ex officio poſſēt et deberēt talia impedire· nec excuſari poſſūt ludi p̄textu· Aſſerit nāqꝫ veridicū ꝓuerbiū· Nō patit̄ ludū· fama fides oculus

¶ Septimum capitulum de quarto loquitur p̄cepto·

Honora pn̄tes Eſt quartū p̄ceptū Hoc āt accipiēdū ē nō tm̄ de pn̄tibꝯ carnalibꝫ·ſ et de p̄latis eccłaſticis· et curatis nr̄is· q̃ nos in xp̄o regnauert· et ĝnalit̄ de p̄poſitis et ſupioribꝫ· mgr̄is ſcꝫ bn̄factoribꝯ et ext̄remis pn̄cipibꝯ· Cōſimilit̄ etiā de mortuis et defūctis intelligēdū ē· quo ad hoc ꝙ ꝓ ipſis deum rogare tenemur ¶ Cōtra p̄ceptū hoc ĝuiter peccāt hij q̃ ſine cauſa ratōnabili ſuis ſupioribꝯ quibuſcūqꝫ detrahūt aut maledicūt· et eos ꝓdūt· ł mortē eis optāt· quēadmodū mali filij pn̄tū mortem frequēter deſiderāt vt eorum hereditatem poſſideāt ¶ Trāſgrediunt̄ etiam p̄ceptum hoc q̃ cōtempnūt p̄cepta ſacte matris eccl̄ie· veluti excōicacōis ſētētiā ſuſpendentes· et ieiunia indicta ab eccleſia ſine cauſa rationabili ſoluētes· cū tn̄ ea obſeruare poſſent ſine ſui corporis notabili ĝuamine· Sicuti etiam libertatū eccleſie violatores que libertas eccleſie cōceſſa eſt· nō tam fauore miniſtrōrū eccleſie· q̄tū intuitu diuini honoris· nō em̄ ꝓpter maliciā aliquoꝝ miniſtroꝝ eccleſie. dēt a quoqȝ fideli xp̄iano ſtatus p̄laticꝰ aut eccleſiaſticus diffamari aut ledi. nec poīt virtuteȝ ſuam baptiſmus aut miſſa celebrata ſiue alid̄ ſacramentū. ꝓpter maliciā miniſtroꝝ. Tenet̄ p̄terea hoc p̄cepto laycus fidelis q̄q̄ aliqui eccleſie miniſtri mali ſint. debitum reddē. miſſā audire. decimas et oblationes et alia iura reddere ordinata ꝓ ſuſtentatōe eccleſie miniſtrorū. qui vacādo diuino ſeruicio toti rei publice ſeruiūt. plurimis alioruȝ hoīm ꝓpter tp̄ales et neceſſarias occupatōes ab hoc miniſterio prepeditis. qui ſic eccleſie debitū reddit. liber et immunis deo nō hominibꝰ ſeruit. Porro p̄ceptū hoc infringūt q̄ leuit̄ nimis et inſipient̄ redarguūt terrenos p̄ncipes ſup eoꝝ actibꝰ publicis ſiue cōſtitutionibȝ et ſtatutis. nō attēdētes ſepius eorum onera et ſarcinas ḡues. q̄s ſubditus ꝓplus nō debȝ nec p̄t cognoſcē. quaꝓpt̄ nec eos de facili iudicare debēt. multa potius examini diuino reſeruātes. coram quo ſunt ipſi principes actuum ſuoꝝ rōnē reddituri. Deniqȝ ſoluūt hoc p̄ceptum qui nolūt ſupioꝝ ſuorum aut ſapientioꝝ acquieſcē cōſilijs. ꝓprijs iudicijs innitentes. puenit quippe ḡue pccm̄ hoc ex inobediētia et dedignāti ſuperbia. in errorē et deceptōem homineȝ inducēs. Cōtingit namqȝ ſepius vt aliquis homo taliter deceptꝰ ſuperbia tante ſe reputet ſāctitatis vt hūano c̄silio non indigerē se credat. Fit ꝗ inde vt deceptus hō ille ꝓpter austeram nīs et idiscretaꝫ abstinentiā quā bonā esse credit. capitis furiaꝫ aut aliam infirmitatē incurabilē malo fine pituitus incurrat.

Nonū capl̄m de quinto precepto.

Quintum preceptum est. Non occides hominem. et est intelligendum ꝙ nō est interficiēdus homo auctoritate ꝓp̄a vl' ꝑticulari. et per viā facti. p̄tmissa via iusticie et equitatis. Hoc precepto districte ꝓhibetur omne peruersū odium. et desiderium vindicte seu mortis aliene. malum item c̄silium et iniquus consensus in alterius nocumentum lesionem vl' mortem. Qđ si ꝑsona lesa fuerit ecclesiastica. aut in statu clericali constituta grauius est peccatum. et incurrunt eo facto sic agentes et consentientes excōmunicatōis sententiā. Cōtra preceptum hoc grauit' delinquūt hij q̄ odio vl' rācore principaliter moti. aut intuitu vindicte aut alic⁹ grauaminis potius ꝙ̄ zelo iusticie instigati proximos suos per placitationes et processus aut iudicia publica multipliciter vexāt. etiaꝫ qđ suum est req̄rentes. Potest nichilominus hō quod suū est in iudicio publico repetere. et ordine iuris seruato emēdā rationabilē sue dampnificatōis re quirere. abſq; hoc ꝙ̄ odieſidð ꝓximum mortaliter peccet. quanq̃ ſepe pro pace propria et tranquillitate et attenta proximi indigẽtia. eligibilius eſſet õnem emendam abſq; lite publica remitti. Vulgo nanq; dicitur. In denaria litis non eſt obulus amoris. Multum vero is qui ledit alium debet attendere. ꝙ ex alterius mutilatione vel occaſione ſiue leſiõe quacũq; contingit interdum leſum cum ſuis heredibus depauperari. in quo caſu ledens quẽadmoduz fur aut latro ad oĩm bonorum perditorum reſtitutionem tenetur.

¶ Preterea cõtra p̄ceptũ hoc grauit̃ peccant qui quoquo modo ĩpediunt ex commixtiõe viri et mulieris fetũ naſci aut abortiuum procurant. ſeu percuſſione violenta vteri. aut nimia ingluuie. aut propter anguſtiam veſtimentoꝝ ad laſciuiam ordinatam. aut aliã quacũq; negligentẽ fetus cuſtodiam: ꝙ ſi fetus iam erat aĩatus g̃uius ẽ peccatum. tũc enĩ vere homicidiuz perpetrat̃

¶ Inſup cõtra p̄ceptũ hoc ſpecialiter peccant ĩuidi detractões odio pleni et iracũdi. tũc p̄cipue cũ inter affines aut alios guerras aut diſcordias implacabiles excitant. ex quibus mala plurima oriuntur. adeo vt is qui litem mouit eam cum vellet nõ ſciret aut valeret ſedare. vnde et apud deũ dãpnorum inde ꝓuemẽtiũ reꝰ cõſtituitur. Occurrit deniq; contra p̄ceptũ hoc dãpnabil' et horrenda cõſuetudo in aliquibus obſeruata prouintijs · qͥa pro vnius delicto tota ipſius ꝓgenies in mortem et perſecutõeꝫ perquiritur · ¶ Hoc tandem precepto interdicitur omne duellum mortale aut torneamẽtũ quibus mortis veriſimiliter imminet periculũ et cetera ·

¶ Decimum capitulum de ſexto loquitur p̃cepto ·

Sextũ p̃ceptũ Non furtũ facies · Et eſt furtũ vľ latrociniũ rem alienã rapere ſiue retinere · alio cuiꝰ ẽ ignorante · ſic ꝙ ipſi hoc cognoſcenti diſpliceret. Hoc p̃cepto diſtricte ꝓhibetur õnis iniuſta mercatiõ · cultura quelibet terre aut labor infidelis et fallax · aut quodlibet mẽdoſum artificiũ · fictus etiam diete labor · et reꝝ venaliũ inutiliuꝫ quõlibet pro vtilibus venditio · ſiue venditor earum res eas emendo deceptus fuerit ſiue non · ¶ Non enim quia deceptus ſum licite poſſum alium decipere · ¶ Prohibetur item hoc precepto omnis vſura · falſa aduocatiõ aut patrocinatio · placitatioqꝫ vľ lis non rite aſſumpta · fraudulenta procuratiõ aut iniuſtum iudicium · et generaliter omnis deceptio manifeſta aut falſo colore velata qua quis alteri dampnum facit quod ſibi nollet fieri · ¶ Aggrauatur autẽ peccatum hoc furti vľ latrocinij ex circũſtãtijs

locā t̄pis et pſone· et ſimilibus· quēadmoduꝫ
ſi rem ſacram in loco ſacro· aut tempore ora
tioni deputato quis auferat· Si etiā pſona dāp
nificata paup fuerit et ī ſe vł in ſuo ſtatū aut
in ſuis heredibus ex hoc graue detrimētū pa
tiatur· ¶ Requiritur aūt ad perſone ſic alium
dāpnificantis abſolutionem· vt ablata et dāp
na ex integro dāpnificato reſtituat· ſcd̄m iudi
cium boni viri· quemadmodum citius et com
modius poterit· Quod ſi facultas non ſit oīa
reddere· ſaltem qđ poterit reſtituat· et ſi dāp
nificatus ignoretur ablata nichilominꝰ ī pios
vſus et elemoſinas diſtribuat ſecundum iudi
cium ſuperioris· Hoc etiam precepto ꝓhibetur
oīs ſymonia que eſt ſacrorum venalitas· plu
ralitas itē beneficiorū abſq̧ rōnabili cauſa· et
formatio vel vſus falſe monete· ¶ Item rem
aliq̄ꝫ ad certos terminos ad credentiam plus
iuſto vendere· et omnis contractꝰ illicitus·
Preterea ꝓhibetur hoc p̄cepto ōmis detractio
et diffamacio q̄ alterius fama bona omni argē
to preſtantior alteri iniuſte tollitur· Debet eq̄
dem ſic diffamans alteri famam ablatam reſ
tituē quantū poteſt· publice quoq̧ veritateꝫ cō
fitendo et ſe male feciſſe aſſerendo et multoma
gis ſi totuꝫ aliquē ſtatū iniuſte diffamauerit·
Inſuper hoc preceptum infringūt qui a ſubdi
tis ſuis vltra iuris equitatē et rei publice ne
ceſſitatē t̄palia bona violenť diripiūt· q̄ etiaꝫ

leges iniuſtas aut p̄cepta condūt contra deum et eccleſiam qui in eo facto excommunicationem incurrunt. ¶ Amplius hoc trāſgrediūtur p̄ceptum adultere mulieres illegittimos filios ad legittimoꝝ hereditatem ſuccedere facientes. queqꝫ virorum ſuorum bona eis ignorantibus ſumptuoſe nimis conſumunt. ¶ Cōſimiliter delinquunt filij parentum bona eis neſcientibus inutiliter exponendo. ſeruitores etiam et diſpenſatores dominorum ſuorum aut magiſtrorum bona infideliter miniſtrādo. eccleſiaſtici viri eccleſie bona luxurioſe aut pompatice. aut ea in theſauros cumulando. Illi item qui terminos agrorum dilatant p̄ximos defraudando. Qui tributa iuſte inſtituta ſoluere rennuunt. Et hij quibus commiſſa eſt teſtamentorum executō. elemoſinas et cetera legata in p̄iudiciū defunctorū implē differētes. aut ſoluere recuſantes. Plurimi ſūt modoꝝ hoꝝ ſimiles q̄ ex p̄cedētibꝰ imoderatis ſūptibus ꝓueniunt. cum quis multipliciter vltra redditus et prouentus proprios ſumptuoſuꝫ gerit ſtatum. ſumptuoſus namqꝫ ſtatus ſumptuoſas requirit expenſas. ¶ Poſtremo contra preceptum hoc grauiſſime peccant. hij q̄ pecunia aut prece violenta parentes propinquos aut ſeruitores principaliter intuitu ſeruicij eccleſie bona occupare procurent. cuꝫ p̄ſertim eccāſtica beneficia dignis et ſufficiētibꝰ debeantur. et pure non ſymoniace conferri debeant. Alioquin in beneficio nullum ius acq̄rit. nec a crimine liber eſſe poteſt quouſqꝫ beneficium ſimpliciter reſignet ſymoniace promotus. ⁊c.

Capitulum vndecimū Septimum continꝫ preceptum.

Septimum preceptū eſt Nō mechaberis nec luxurioſus eris. Hoc p̄cepto inhibetur ſub pena peccati mortalis. ōmis ſocietas et carnalis coniunctio viri et mulieris excepta matrimonij lege. Huius namqꝫ oppoſitum aſſerere eſt error contra fidem.

Prohibetur etiam precepto hoc tam in matrimonialiter coniunctis q̄ in ſolutis omnis luxurioſus attactus membrorum genitalium quo non ſeruatur naturalis ordo inditus a natura. vel non rite copulantur partes ad generationem a natura deputate. Et tanto peccatum hoc grauius eſt. quanto a naturali ordine longius recedit. ſiue inter perſonas ſolutas. ſiue quod crimen aggrauat coniunctas matrimonialiter. ſiue fuerit huiuſcemodi attactus in ſe vel in alia perſona. aut reſpectu beſtie in altera ſpecie. per turpiſſimam et illicitam complacentiam conſūmatus. ſi deniqꝫ ſpāliter attactus ipſe innaturalis proueniat a fediſſima viliſſimaqꝫ delectatione que mollicies ł pollutio dicitur· Si quis autem in hijs vel aliquibus horum culpabilis eſt· ſufficienter intelligere poteſt q̄d iſti modi generales loquēdi ſignificent· nec enim particularius extra confeſſionem eſt abhominabilis hec immūditia explicanda· ne caſte aures pure et innocentes horum prius ignotorum noticiam acquirant et ſcandalizētur ¶ Sunt etiam caſus iſti ēnormium contra naturam peccatorū· prelatis maioribus epiſcopis ſcꝫ et ſuis penitenciarijs ad abſoluendum reſeruati· quorum aliqui ſcd̄m leges ignis pena plectuntur· Nec poteſt aliq̄s quotcumqꝫ bona et elemoſinas operetur ī et̄num ſaluari ſi pudore motus hec peccata reticeat vel adeo celet vt non poſſit confeſſor peccati ſpēm diſtinctius perpendere · ¶ Peccati namqꝫ perpetratio debuit maiorem pudorēm inferre quam eius reuelatio preſertim in confeſſione· ¶ Incidit autem homo in horrendū peccatum hoc varijs de cauſis· aliquando quidem ex ſola malicia alterius impellentis · ſicut iuuenes aliqui peruerſi alios innocentes frequenter decipiunt· Alij ex nimio ocio· frequēter ex ſumptione nimia potus aut cibi · potuum preſertim aut ciborum exceſſiue nimis ſupercalefactiuiorum· ¶ Sepe ex inhoneſtis verbis· aut aſpectibus radicatis aut fixis· Quādoqꝫ ex diuturna cogitatione circa carnalem actū vel commixtioneꝫ viri et mulieris · aut inordinato appetitu carnalis commixtionis cuꝫ tali vel tali perſona ¶ Interdum etiam ex peruerſa doctrina parentum · ſeruitorum aut ancillarum · ſiue quod magnum facinus eſt magiſtrorum · cum quibus iuuenis aliquis cõuerſatur aut nutritur · vel poſtremo ex ſola peccati malicia · ¶ Ceterum propter deteſtandum peccatum hoc olim mudus conſumptus eſt vniuerſali diluuio · et quinqꝫ ciuitates ſodome et gomorre igne celeſti ſuccenſe · vt habitatores earum viui deſcenderent in infernum ·

¶ Propter idem peccatum hoc quod diuinam exclamat vindictam · veniunt ſepius fames · guerre · peſtes · mortalitates · inundaciones aquarum · proditiones regnorum · et alie multiplices clades prout ſcripture teſtantur · ¶ Principale vero et efficax contra peccatum hoc et generaliter aduerſus luxuriam remedium eſt ſobrietas vict⁹ · malorum vitare conſortia et ocium · malas et noxias cogitationes ſtatim repellere ne figantur ĩ corde · ex toto conatu cordis preces ad deum · virginem mariam · ſanctos ſanctaſqꝫ dirigere · cogitiones ſuas alioꝛſum diuertere · et interdum corporalem penam libenter aſſumere · quemadmodum quidaꝫ peritus linguā propriam mordens et temptationem alloquens ſpuendo dicebat · phy · phy · phy ·

horrẽda imũdicia· et tũ neq̃ſſime demõ auſus es mihi hãc illuſionẽ pñtare· ¶ Huius deniqꝫ peccati luxurie plurime ſunt alie ſpecies ſcd̃m varios hoĩz ſtatus· queadmodũ carnal' cõmixtio affiniũ pntũ· aut aliorũ religioſoꝝ· ¶ Item pſonatũ viduarum· aut virginũ cõſtupratio· q̃nqꝫ raptus violentus ex q̃bus infinite clades oriuntur· vt ꝙ perſona aliqua in via perditionis conſtituitur· aut perpetuam incurrat infamiam· vel ſeipſam occidet· aut infantem ex ſtupro natum continuo non baptizatum iugulabit· aut deniqꝫ totus vnus ſtatus aut cõitas infamiam aut ruinam patietur· ¶ Sentimus poſtremo huius peccati in ſompno fantaſias et illuſiones· tũc tamẽ ẽ peccati piculũ· cũ q̃s ãtea vl' poſt in vigilia· in nocturna fãtaſia vl' pollutione delectatur·

¶ Capitulum duodecimum de octauo cãmit p̃cepto·

OCtauum preceptum eſt· Non falſũ teſtimonium dices· Hoc p̃cepto oẽ mẽdaciũ ꝓhibetur illud qð in alterius perniciẽ committit'· ꝙ ſi iuramẽtum interuenerit grauius peccat q᷑ periurus eſt· Nũquam eniz pro ſalute etiã hoĩs corporali vel ſpirituali debet quis periurium committere· ſiue coraz iudice ſiue ſeorſũ· Periuriũ vero quod quis in iudicio publico committit eſt caſus epiſcopo ad ſoluendum reſeruatus · Contra preceptũ hoc grauiter peccãt qui in cõfeſſione mendaciter peccatũ celant · aut aliuꝫ inique accuſant · Inſuper contra preceptũ hoc agunt qui delectabiliter nimis adinuentis nouitatibus aut aliorum diffamationibus aures credulas prebent · occaſionem inde peccati aſſumentes · aſſerẽtes nimia leuitate de proximis mala · Zelotypi preterea vel ſuſpicioſi proximos et actus eorum male et ſiniſtre iudicantes aut interpretantes · adeo vt ex huiuſmodi credulitate falſa · iniuſta bella vel lites ſepius moueãtur ·

Decimũtercium capitulum Nonum ambit preceptum ·

Nonum p̄ceptũ eſt · Non cõcupiſces vxorem proximi tui et cõſimilit̄ nec femina virũ cõcupiſcat · Hoc p̄cepto diſtricte ꝓhibetur omnis modꝰ vel geſtꝰ exterior malus · quo trahitur̃ alius vel ſollicitat̃ ad peccatum luxurie · ſiue per internuncium · ſiue per miſſionem litterarum · ſiue per minas violentas ſiue etiam per munera · per promiſſiões per mendacia · aut fictas adulationes · aut in ſuperfluo veſtimentorum ornatu · aut inordinato aſpectu vel inceſſu · verbis turpibus aut deniqꝫ attactū quolibet luxurioſo · ſicut frequenter contingit in amplexibus et oſculis · ¶ Sciendum eſt namqꝫ ꝙ omnis concupiſcentia carnalis commixtionis preter matrimoniale vinculum · etiam ſolo voluntatis conſenſu plenarie perpetrata · eſt mortale peccatum · vbi carnalis copula minime ſubſequetur · Siquidem veriſſima eſt hec regula magiſtralis Omnis completa voluntas ſiue ſit bona ſiue mala pro facto reputatur · ¶ Mala voluntas pro facto reputatur · ¶ In peccati genere peccare poteſt perſona matrimonialiter alteri copulata · quēadmodum et ſoluta vt ſi mulier alterius q̄ viri ſui carnalem ſocietatem concupiſcat ¶ Omnis etiam conſenſus plenarius et deliberatus · quo quis in turpibus et carnalibꝫ cogitationibus delectatur · vbi etiam deeſt voluntas actū exteriorē perpetrandi · ſecundum plures doctores eſt mortale peccatum · ¶ Patet igitur ex premiſſis ꝙ ōnes amplexus oſcula et conſimiles attact⁹ principaliter ex luxurioſis cogitationibus prius enumeratis procedentes ſunt grauia delicta · tantoqꝫ grauiora ſi perſone fuerint affines · aut religioſe · vel eiuſdem ſexus · et quod enormius eſt · ſi in talibus attactibus vel oſculis talis non ſeruetur honeſtas · qualis in publico ſeruaretur · ¶ Quamobrem ſi quis in premiſſis attactibus vellet alteri vim inferre · deberet alius ex aduerſo quemadmodum pro vite corporalis tuitione viriliter reſiſtere ſiue verbis ſiue factis · aut validis clamoribus · aut deniqꝫ factum tali perſonis ipſiuꝫ in hoc iuuare valentibus et ad hoc aſtractis reuelando · Alioquin talis quiſquis ille ē n̄ ſinceriter ſuā diligit caſtitatem et honorē ·

Capitulum decimum quartum ¶ Decimum declarat preceptum

Decimum preceptum eſt · Non concupiſces rem proximi tui · Hoc eſt alterius cuiuſcumqꝫ · Et intelligitur hic concupiſcentia prohiberi quemadmodum ſupra vt in ſexto precepto de furto et latrocinio explicatum eſt · Prohibet̄ eniꝫ hic cõcupiſcentia et voluntas mala · cum mala voluntas vt paulum ante dictum eſt pro facto reputatur · ¶ Tali namqꝫ cupiditate cadit frequenter homo in inuidiam · et in impacientiam ſui ſtatus · et dei blaſphemiam · apud ſe non recte cogitans bona temporalia ſe iuſtius meruiſſe ꝙ talis ſuus vicinus · quod ideo deus iniuſtus eſt · et ſibi non niſi fruſtra et inaniter ſeruiendum eſt · ꝙ ſi incommoduꝫ aliquod aut dampnum alteri contigerit · ſtultus ille letat̄ ꝛ gaudet aſſerēs ꝓ ſuis demeritis et occultã malicia hoc eidem accidere. ¶ Contra preceptum hoc reductiue peccant. operuȝ miſericordie tam corporalium quã ſpiritualium ſeu elemoſinarum retentores. veluti pauperibus indigentibus cuȝ facultas adeſt. et occurrẽte euidente neceſſitate nõ ſubueniẽtes. et ſpecialiter pntes proprios. quos pudẽduȝ eſt mendicare. aut deſerẽtes ã eſurire ã egere pmittentes. Conſimiliter peccãt q̃ ſeruitoꝝ ſuoꝝ ſalarium vł lucrum iuſtuȝ iniuſte retinẽt. qui in elemoſinarum pretextu. aut fundatõis eccleſiarum occupant inique aliorum bona dicentes proximos nimis diuites eſſe et eiſdem abuti. nec eis proptẽa reſtituenda fore. Condempnat eos namq3 approbata pauli regula affirmans non eſſe facienda mala vt inde bona eueniant. ¶ Nec quoquomodo per peccatũ offendendus eſt deus. eius tranſgrediẽdo preceptum qualecunq3 bonum inde prouenire contigerit.

¶ Caplm quindecimũ. oſtendit qualit̃ in hys decem preceptis velut in mundo quodam ſpeculo facies conſcientiarum noſtrarũ debemus inſpicere.

Hec igitur ſunt decem legis precepta diuine ſuperius enarrata. ĩ quibꝰ q̃ſi ſpeculo quodam polito terſo et mũdo religionis criſtiane veritatem perlegere. et totius vite noſtre ac animarũ conſcientiarũq̃ noſtrarum pulchritudinem atq̃ feditatem poſſumus diſtincte conſpicere. Hys mediantibꝰ cognoſcit hõmo vite ſue decurſum. qualiter diuina precepta ſeruauerit quantũq̃ deuiauerit quibus modis ſecundum varias peccatorum ſpecies deum offenderit. qualis deniq̃ peccatorum confeſſio habenda ſit. ¶ Quod ſi predictorum aliqua a quoquam non bene intelliguntur conſulat ſuper hys ſapientes potiſſime ac deuotos viros. Omnis namq̃ perſona poſtq̃ ad annos diſcretionis peruenerit ſi conſenſu voluntario plenario et deliberato hõrum alicui preceptorum per contemptum inobediens extiterit. dilectioni dei amorem creature preponendo. extra ſalutis ſtatum efficitur. et in dampnationis periculo ſtatuitur. nec grãtum aliquid deo. dignum beatitudine operat̃. Quamq̃ ſi temptationem grauem aut diuturnam ire ſiue luxurie vel alterius peccati quis inuadat. ſi ipſa temptatio hõmini diſpliceat aut eidem homo reſiſtat. vel non plene et deliberate conſentiat. mortaliter non peccet. immo ſepe nullomodo peccat ſed magnum erga deum premium meretur temptationi viriliter reſiſtendo. ¶ Hic iam proſpicere clarum eſt quibus viis et modis decem hec precepta infringantur ſeptem mortalibus et capitalibꝫ peccatis · que ſūt ſuperbia · inuidia · ira · auaricia ula · luxuria · et accidia · Quinqꝫ item exteriorum ſenſuum miniſterio · qui ſunt · viſus · auditus · olfactus · guſtus · et tactus · Sicqꝫ quiſquis in hys decem preceptis ſpeculi vite · ſe diligenter intuetur recte ſe conſpicit · ſeqꝫ perpēlit et hys obediēs diſcrete ſapit ·

¶ Capitulum · xvi · explicat qualiter triplicem veritatem ore vel corde confitendo · a ſtatu peccati mortalis ad ſtatum gratie reſurgimus ·

Sciens nichilominus noſter miſericordiſſimus pater deus et cognoſcēs noſtram fragilitatem permaximam · et ad malum pronitatem · multiplicibus vijs mortali vita durante paratiſſimus eſt nobis delicta remittere et gratiam conferre · ſi dumtaxat veraciter et ex corde ſibi tres ſubſcriptas veritates porrigamus · ¶ Prima veritas eſt · Domine ſic vel ſic contra veſtram bonitatem peccaui quod michi diſplicet · ratione cuius et penitentiam ago quia vos offendi · qui totus eſtis venerandus et colendus · quodqꝫ mandatū veſtrum trangreſſus ſum · ¶ Secunda veritas eſt · Domine bonum habeo propoſitum et deſiderium veſtro iuuamine mediante · michi in futurum precauendi ne incidam in peccatum et occaſiones peccatorum iuxta poſſibilitatem virium euitandi · ¶ Tercia veritas eſt · Domine bonam habeo voluntatem peccatorum meorum confeſſionem integraliter faciendi pro loco et tempore ſecundum tuum et ſancte matris eccleſie mandatũ et preceptũ · Has veritates quiſquis qualicumq; loco et tempore ſinceriter non ficte aut mendaciter ex corde pronunciauerit · ſecurus exiſtat ſe in ſalutis et gratie ſtatu conſiſtere · et vitam eternam mereri · quãuis omnia enarrata prius crimina commiſiſſet Si etiam talis abſq; alia confeſſione continuo decederet · in abſentia ſacerdotis · dormiendo · aut alio quouis modo morte ſubita preuentus · idem finaliter ſaluaretur · acerbiſſima purgatorij pena mediante ¶ Ex quo notandum et ſalubre conſilium elicitur · vt criſtianus quilib; ſingulis diebus bis aut ſemel ſero et in mane aut ſaltem feſtiuis diebus redeat ad cor ſuum · conſcientiam examinans · an tres premiſſas veritates proferre valeat cum cordis ſinceritate ſicq; intra ſtatum ſalutis ſe eſſe confidat · ¶ Quod ſi eas pura mente fateri non valet obſtante voluntate peccandi · qua actualiter delectatur · aut iniquo propoſito quo quis occaſiones peccatorum vitare renuit quemadmodum illi qui peccatis canalibus merſi reſurgere nolunt · aut vſuras ſuas aut in

iniuſtas mercationes et lucra continuant· vel
iniuſte retinent alienum· Quicqꝫ alterius odio
vindicte deſiderio flagrantes in nocendi ꝓpoſi
to perſeuerant· Certiſſime ſcient hij et conſi
miles non epiſcopū aut papam tales abſoluē
poſſe· q̄ꝙ̄ talibus ſalutare conſiliꝫ detur· vt
per ſeipſos vel alios bona q̄ poterint operētur
orando vel elemoſinas dando· quo deus eorꝫ
corda illuminet et ad bonum dirigat et cōuer
tat· Nullum eſt enim bonum adeo exiguū qđ
nō deus tandē eterna vel tp̄ali mercede remu
neret· Multoqꝫ meliꝰ eſt tp̄ale bonum et mini
mū q̄ꝫ omnino nullū ꝓmereri· Saluberrimū ē eti
am laudabilē cōſuetudinē illeſā ſeruare· ne eā
ſemel diſſoluendo nunq̄ꝫ ineternum forte reſu
mat·

Capitulum xvij oſtendit quis ſit confeſſio nis modus et dat circa hoc vnum breue documentum·

Quocienſcūqꝫ accedit homo ad cōfeſſi
onē peccōꝝ explanandā· hoc ē de neceſ
ſitate ſemel in āno circa ſolēpnitatem
paſchalē· aut cū mortis imminet piculū· aut in
ſacramētoꝝ ſuſceptione Ad frequētiorē eīn cō
feſſionē regularit̄ nō tenemur quāq̄ꝫ ſepiꝰ cō
fiteri multū ꝓdeſt ad augmētū gr̄e· et diſtin
ctiorē cognicōez· et explicacōez peccōꝝ· debet

ꝑmeditata cōfeſſurus quid aut in quo deliq̄rit cū examine diligēti ↄſciētiā diſcutiēs• ac ſi magnū inde tp̄ale bonū reportaret• Accuſet ſe poſtmodū pc̄coꝝ hūilit̄ nō irriſorie• veracit̄ nō ficte• vituperādo ſe nō laudādo• pure recte atq̄ ſincerit̄• facta īpertinētia dimittendo• diſcrete inſup vt nō reuelent̄ hij quos cōſortes et ſocios habuit in peccato• De hijs enī cōfeſſoꝛ inquirens grauit̄ etiā peccaret• niſi forſan ſodales huiꝰmodi cauſa petēdi cōſilij ad eoꝝ pellendā violentiā cōfitēs detegeret• aut fortaſſis ad explicandā pcā ſpēm neceſſitas eos manifeſtāri poſceret• vt ſi quis cū ſola ſorore carnalit̄ commixtus fuerit• in quo caſu querēdus eēt confeſſoꝛ pſonā in confeſſione detectā ignorans•

Super caſibus aūt ad abſoluēdū epō reſeruatis aut ſupiori• remittat ſacerdos inferioꝛ cōfitentem ad prelatum vel ſuperiorem eum potentem abſoluere• niſi forſitan confitenti mortis periculum immineret• aut magnum aliqđ ſcandalum ex hoc oboriri• vel peccati reuelationem ſequi coniectura probabili formidetur•

Hoc vero pro regula certa et documento ſalubri teneatur vt nunquam pro peccato ſecreto vel occulto penitentia publica penitentibus iniungatur• nec penitentia imponatur• quam nequeant• aut nolint ſufferre• Non debet rurſus confitens iniunctā ſibi penitētiā faciliter reuelare• quo contingit īterdū peccatū ſuum prodi · aut confeſſoris dicta aut interrogata nimia leuitatē detegere Nec enim omnia ſecrete confeſſionis integritatē decernunt · niſi quod abſit confeſſor penitētem ad malum aliquod hortaretur ¶ Eſt ꝓpterea vtile et efficax remedium diligentius retinendum ab hijs qui peruerſa inclinatione vel conſuetudine labūt in aliquod enorme peccatum a quo non de facili retrahūtur · ꝙ ſcilicet ſeipſos ad penam aliquam pecuniariam vel aliam vſq; ad certū tēpus prefixum cū certo rationis moderamine conſtringant · quociēſcumq; in id peccatum incidere cōtigerit · Dicunt namq; ſepius inſipiētes aliqui ſe a peccato ire · luxurie · periurij · a ſi quod eſt ſimile abſtinere non poſſe · qui tamen hoc ipſo ſalubri remedio velut mendaces facillime confutantur cum vnius albi vel franci in emenda cuiuſlibet tranſgreſſionis eis inflicta pena ipſos a perpetratione iniuſti operis retraheret · ¶ Vnde manifeſte conuincitur eos diuini precepti et proprie ſalutis intuitu · a conſuetis vicijs abſtinere poſſe · niſi ſictam et peruerſam haberent voluntatem · et tales velut fatui veritati non credunt nec obediunt quouſq; ſupplicia luant · et delictorū ſuorum ſeram et infructuoſam penitentiam agant · ¶ Fitq; iuſto dei iudicio qui penitere de commiſſis cū poſſunt nō volūt · cū velint nequeant ·

Capitulum decimumoctauum concludit non esse quemq̄ ab alio ad peccatum impellendum·sed ad bonum poci⁹ operādum

Postremo quicquid agat homo in persona sua· supreme caueat alium ad male agendum sollicitare·aut verbis aut factis·exemplis vel consiliis aliquid agere quod de se sit occasio ruine peccati· specialiter coram iuuenibus aut personis innocentibus· Hoc enim proprium est singulare q̄ demonum officium· quemadmodum bonorum angelorum interest specialiter homines inducere ad bonum· Compertum est etiam frequenter accidere·q̄ homines aliorum ad malum impulsores vix aut numq̄ delicti sui condignam penitentiam assecurantem perficiant·quia nequeunt eos corrigere ad bonū quos deceperunt·iam forte dampnati sunt vindictam a deo postulantes eternamq̄ eis maledictionem iugiter imprecantes· Sicuti ex proposito iam saluati aliorum doctrinis et factis aut opera diligenti·qua nullum deo opus ac sacrificium acceptius esse potest·et ad peccata delendum validius pro suis adiutoribus p̄ces indeficienter effundunt· Curet etiam propterea fidelium quis· iuxta cognitionis et virtutis a deo ſibi conceſſarum facultatem monitionibus et exemplis alium ad bene agēdum incitare· pater filium· doctor diſcipuluꝫ· et ſapiens inſtruat ignorantē· Rogemus tñ pro mutua pace et vnanimi inuicem caritate quo poſt mortem corporis huius perhennis beatitudinis participes ſimꝰ· quam ñobis concedat deus vnus eſſencialiter et perſonaliter trinus qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum· Amen·

¶ Sequitur exãminatio conſcientie·

Quiſquis a morte peccati ad ſalutis et gratie ſtatum volet reſurgere· q̄qꝫ vt actus ſui et intentiones ad vitam eternam vtiles ſint et meritorie· neceſſe eſt ꝙ delicta ſua recogitet et cognoſcat· dolens de commiſſis· atqꝫ ꝓponat auxiliante deo a peccato mortali ſe precauere et abſtinere in futurum· firmum preterea ac ſincerum propoſitum habeat competentibus loco et tempore peccata ſua ſaltem mortalia diſtincte et integraliter confiteri· ¶ Quod vt commodius fiat· priuſq̄ confitens crimina ſua reuelaturus accedat· ipſe circa ea matura moroſa qꝫ diligentia prēmeditari tenetur· quaſi magnum aliquod emolimentum inde reportare ſe crederet· vt complete magis ipſa confeſſori ſuo ac lucidius exprimat· Quia vero plurimi ſimplicium ob negligentiam aut ignorantiã nõ excuſantem ſed potius accuſantẽ· modos et ſpẽs neſciunt peccatorũ: pñs confecta eſt tabula· quã inſpicientes confeſſuri· cogitatõe p̄uia inſtructi ſufficienter ad ſalutem poterunt ſua peccata cognoſcere memoriterq́ꝫ tenere· et cõfeſſoribus vtiliter reſerare· ¶ Procedit autem tabula ſecundum numerum et ordinem peccatorum mortalium· que ſũt ſūpbia· inuidia· ira auaricia· accidia· luxuria· gula· Cõfeſſurus ergo tuam primitus conſcientiã examinãs int̄roga te· circa peccatũ ſuperbie· Si vanam tui laudem et propriam excellentiam queſiuiſti ā optaſti propter bona fortuita et caduca· diuitias ſcilicet aurum et argentum terrenaſq́ꝫ poſſeſſiones· aut propter naturalia bona ſcilicet corporis pulcritudinem fortitudinem· iuuentutem et ſimilia· ſeu etiam ratione gratuitorum donorum ſicut eſt dei cognitio vel affectꝰ deuotio· ¶ Si alios contempſiſti propter alicuius horum bonorum precedentium defectũ·

¶ Si aliqua opera feciſti vt inde mundanam laudem acciperes· vel vt alij te meliorem quã ipſe ſis reputarent· et multomagis ſi hoc feciſti pretextu ypocriſis ficte· quam vt alijs eſſes exemplar in bonum· vel eos a malo retraheres· ¶ Si nimium pertinaciter innixus eſ opinioni proprie. vel credulitati·alterius conſilium contempnendo· ſpecialiter in materia fidei et criſtiane religionis Ex hac enim radice pullulant hereſes. ſortilegia et falſe credulitates· ¶Si per iactantiam aut inanem gloriam opera tua bona recitaſti·vel te alijs preſentibus inculpaſti vt ob hoc humilis et deuotus crederereris· ¶Si gloriatus es corde aut ore de malo·vt ꝙ alium defraudaſti·vel ei iniuriam intuliſti·quodq; per te et tuos complices ad male agendum potens fuiſti· ¶Si ſuperioribus tuis inobediens extitiſti· et eos contempſiſti·precipue carnales parentes et ſpirituales· ¶Si intra confeſſionem mentitus es peccatum tuum·aut eius ſpeciem mūdano pudore celando·talis enim confeſſio inutilis eſt · ſed et nouum crimen incurris· ¶Si peccatoꝝ tuorum excuſationes queſiuiſti·aut minuiſti culpam tuam·ſocijs aut complicibus imponēdo· ¶Si te per inobedientiam et contemptum excōicari permiſiſti·aut leuiter nimis excōicatis ꝑticipaſti·Si in iudicio publico vel alibi ob pudorem veritatis reuelande periurium cōmiſiſti·Si a bonis operibus aut verbis abſtinuiſti propter obloquēcium quorumdam fatuoꝝ timorem·Si indignando contemſiſti peccatores pauperes ignorantes·impotentes · aut infirmos·eos precipue qui tibi genere propinqui ſunt. aut ſi eoſdem irriſiſti·Si ſignis aut ver bis cōtemſiſti eos qui ſtudent deuotioni. Si ꝑſūptione motus aggreſſꝰ es ardua ſciam tuam aut potentiā excedēcia · aut tuo ſtatui aut ſtudio indecēcia ·

Circa peccatū Inuidie ·

Si de alterius incōmodo letatus es ' cū ei infortuniū aliquod cōtigerit · aut ſi diffamacōnē ſeu ꝑſecucōez incurrerit Si de bonis alterius doluiſti · quia bene famatus bonus pulcher ſapiens eloquēs deuotus aut religioſus exiſtat · Si malū altēi preoptaſti ł bonam famā ipſiꝰ minoraſti verbis iniquis de eo publice vł ſecrete manifeſte aut fraudulenter prolatis · eius verba aut opera ſiniſtre iudicando aut in peiorem ꝑtem frequenē int̄pretando ·

Circa peccatū Ire ·

Si diu cum conſenſu irā contra ꝓximū tenuiſti cum deſiderio vindicte vł appetitu nocendi per te vł aliū verb̄ aut factis · Si ira vel odio contra quemcumqꝫ cōtumelias protuliſti aut in rebus nocumentum prebuiſti vel irriſiſti · ſi cum percuſſiſti vulneraſti occidiſti · Et attendatur diligenter an leſus ſacerdos aut clericus extiterit · ꝛc̄ ·

Si a leſis a te vel iniuriam paſſis veniam petere rennuiſti cum preſertim equales tibi forent · aut in nullo ſubiecti · ¶ Si arma inuaſiua ad nocendum tuliſti · ¶ Si alteri mortem ſiue leſionem illicite minatus es etiam appoſito iuramento · ¶ Si ſecretum alienum reuelaſti · Si humiliter a te veniam petētibus indulgētiam denegaſti · ¶ Si motus ira iuraſti nequiter vel periurium cōmiſiſti · ſi deum blaſphemaſti ludum alearum ā aliū exercēdo · ¶ Si odio vl' rācore potius q̄ȝ iuſticie zelo placitatōibus vl' litibus alium vexaſti ¶ Si alteri maledixiſti p̄ſertim pn̄tib⁹ aut ꝓpinquis ·

¶ Circa peccatum Auaricie ·

Si alio neſciente vel nolente retines illud qđ eſt ſuū · Si furtū rei ſacre aut eccāſtice vl' alterius cui⁹cūqȝ ītra eccleſiā vl' locū ſacratū cōmiſiſti · Si cōtra deū ingratus indignaris q̄ nō tibi ſicut et ceteris ꝑuenerīt diuitie nec ad votū proſpere ſuccedūt omnia · ſi ob hoc immemor dei beneficiorum ſibi ſeruire contēpnis · Si communia bona dominorū vel parentum laute nimis in vſus prop̄os conſumpſiſti aut mercennariorum et ſeruitorum iuſtum lucrum non eiſdem tribuiſti · Si falſas et iniuſtas mercaturas exercuiſti et modum inquiras · Si falſo et mendaci artificio vſus es · modum quere · Si ſymoniam in te vel in alio perpetraſti · Si cōmutatōe vſuraria cum alio contraxisti· aduertatur modus· Si sine lucri periurus fuisti· si ludis prohibitis vt est taxillorum ludus auaricia motus te immiscuisti· Si festiuis diebus spe lucri manualem laborem aut mercationem per te vꝉ per alium fieri consensisti· Si commissa tibi in testamento vel aliter legata vel elesimosinas perficere et distribuere neglexisti· Si opera misericordie ⁊ elemosinas occurrentē necessitate oblationes et decimas soluere contempsisti ¶ Si ficta adulatione vel intentione pecunias extorquendi· alium decepisti aut etiam irrisisti· Si parentum vel mariti bona eis inscijs abstulisti· ¶ Si proprias et alienas possessiones inutiliter consumpsisti ¶ Si alieni dampni causā vel occasio voluntarie et gaudenter extitisti vt lucruꝫ inde vel commodum reportares· vt exempli gratia si inter duos rixam moues vt ex eorum mutua lite aut verbere vel occasiōe emendam iudiciariam aut patrocinij lucrum feras· ¶ Si famem aut pestilentiam optas vt per eam diteris· aut de parentum morte gaudes· vt suam hereditatem accipias· aut si periuras aut alium ad periurandum impellis vendendo et emendo· Si in artificio quocunqꝫ inutiles adinuenis nouitates vt ditatus habundes·

¶ Circa peccatum· Accidie·

SI miſſam et horas vel aliud diuinum officium ſeu ſeruicium omiſiſti celebrarē ad quē dicenda tenebaris. Si in feſtis ſpecialiter ab eccleſia obſeruari preceptis. aut alias per triſticiam negligentiam vanitatem aut ocium. eccleſiaſticum officium. predicaciones et ſermones audire contempſiſti. ¶ Si conceſſum tempus diebus preſertim feſtiuis in verbis aut factis ocioſis inutilit̄ cōſumpſiſti aut eccleſiaſticum officium ſermonibꝰ garrulis turbaſti. Si idem preſtitum tempus exceſſiue dormiendo in lecto tuo demorando. vl̄ aliter male occupaſti. ¶ Si per negligentiam aut inerciam ſanctas habere meditatiōes mortis iudiciorum et beneficiorum dei erga te pretermiſiſti ¶ Si pro benefactoribus tuis viuis et defunctis preces fundere neglexiſti. ¶ Si commiſſorum tuorum regimini et cure non recte ſollicitus extitiſti. ¶ Si negligenter de peccatis contritus es aut confeſſus vel ante confeſſionem circa peccata tua premeditationem habere noluiſti. ¶ Si peccatorum tuorum oblitꝰ es vel iniunctam penitentiam minus debite pfeciſti. ¶ Si quelibet vota vel promiſſa infringendo tranſgreſſus es. et attendatur modus. ¶ Si deniqꝫ preceptorum eccleſie fuiſti tranſgreſſor. et ſi publicam eukariſtie ſumptionem vel aliorum ſacramentorum ſuſceptionem diſtuliſti. ¶ Si non recte ipſa ſacramē ta recepiſti· ſcilicet non premiſſa debita integrali confeſſione·

¶ Circa peccatum Luxurie·

Si moroſas cogitationes circa carnalē actum cum complacencia et delectatione nociua in corde tenuiſti· ſi cogitationibus talibus carnalibus vel aſpectibus aut verbis aut ſignis aliquibus motum carnis excitaſti nec eidem ſufficienter reſtitiſti ¶ Si huius peccati occaſiones non fugiſti aut quod deterius eſt eaſdem procuraſti· ¶ Si per tales temptationes vel motus in luxurioſum conſenſum cecidiſti affectando exterius opus ſi poſſes vel auderes perficere· ¶ Si attactum aliquem inhoneſtum vel pruritum in membris pudendis exercuiſti ex quo carnalis delectatō ſecuta ſit et modus diligenter aduertatur· ¶ Si talium peccatorum erga alios cauſa · vel ruine occaſio fueris· verbis· oſculis· amplexibus· aut alijs ſignis vel forte picturis et figurationibus inhoneſtis· ¶ Si dormiendo hanc carnalem delectationem vel pollutionem īcurriſti· ¶ Si cum alia perſona carnalem commixtionem incidiſti· et attendatur cuius gradus vel conditionis foret perſona · an vxorata altera· aut virgo· ſi generis propinqua et in quo gradū· ſi ſanctimonialis religioſa · aut in ſacris ordinibus conſtituta· ſi tibi conſenſit aut ei violentiam intuliſti· Si deniq; eiuſdem tecum ſexus aut alterius erat et exprimatur modus Si luxurie peccatum opere conſummaſti alio ordine ꝙ̃ natura dictauerit· Si matrimonij legittimam honeſtatem non obſeruaſti ratione operis in ſe vel circunſtantiarum que magis in confeſſione certis ſunt interrogationibus cognoſcende ꝙ̃ verbis vl' ſcripturis quibuſlibet in publico reſerande· ¶ Si diebus feſtiuis minoribus aut minus ſolēpnibus talia peccata perpetraſti aut forſan in ſacratis locis· ¶ Si abortiuum procreaſti aut ſi fetum ex vtero naſci impediuiſti aut ob ſtricturam veſtimentorum aut agitationem corporis immoderatam· vel choreis vel alijs pluribus inuſitatioribus modis· Si diſſolutis aut inhoneſtis aſpectibus et choreis et geſtibus incompoſitis vel innata pulchritudine aut fuco mendaciter colorata· vel deniq; veſtimentis ſuperfluis alios ad malum allicere voluiſti aut te concupiſci ab eiſdem affectari· ¶ Si tibi matrimonialiter coniuncte perſone carnalis copule debitum infirmitate aut alio legittimo impedimento ceſſante denegaſti· et cetera·

¶ Circa peccatum Gule·

Si ieiunia ab eccleſia obſeruari mādata tranſgreſſus es · ceſſante infirmitate · impotentia · vel alia rationabili cauſa · Si ex nimia cibi vel potus ſumptione · ebetatem · luxuriam · diſſenſiones · aut corporis īfirmitatem incurriſti · Si ob eandem cauſā ſtudium · laborem · mercationem · vel aliud opus ad quod agendum ipſe tenebaris omiſiſti · Si per nimios ſumptus in potibus et cibis te vel tuos heredes indigere aut mendicare coegiſti · Si deniqꝫ nimis auide aut habundanter cibum ſumpſiſti · vel delicata fercula curioſe p̄paraſti · aut horam comedendi preueniſti · ſic ꝙ ex hoc preceptum aliquod dei vel eccleſie ſolueretur · vel grande aliquod corporis incommodum ſequeretur · ¶ Per hec autem omnia que de ſeptem peccatis mortalibus iam explicata ſunt · poteſt homo cognoſcere quibus modis quinqꝫ ſenſuum exteriorum miniſterio contra decem legis precepta · contra miſericordie opera et duodecim noſtre fidei articulos deliquerit · vt non ſit opus hec poſteriora prioribus addere niſi quis enumeratis prioribus ſpecialiora et particulariora adiungere voluerit ·

¶ Ad plenariuꝫ aūt precedentium ītellectū vt agnoſcatur qualiter rcte ſit facienda ↄfeſſio · notāda ſunt aliqua ·

Primo ꝙ de cõi regula eſt · et eccłie precepto tenetur quilibet ad minꝰ ſemel in anno circa paſcha peccata ſua confiteri · cum etiã eukariſtiã aut aliud ſacramentum ſuſcipere intendit · tũc etiã cuꝫ mortis imminet periculũ. Cũ ꝑterea ipſe qui peccatoreꝫ abſoluere poteſt adeſt · cuius pſentia nũꝙ̃ ī poſterũ haberi formidatur · quãuis ſepius confiteri proſit · quater videlicet annuatim · vł menſi ſingulis aut quolibet ſolempni feſto iuxta pſone facultatem et ſtatum · ¶ Secundo ꝙ confeſſio in loco patenti vł publico fieri debet · ne occaſione ſecreti loci et pretextu deuotionis impellat dyabolus ad malas cogitationes · et iniqua verba vel opera · nũꝙ̃ etiam confeſſor confitentis vultum aſpiciat ¶ Tercio ꝙ multa ſunt crimina a quibus peccatoreꝫ ſacerdos ſimplex abſoluere non poteſt · niſi penitentiarius fuerit · aut a prelato ſuperiori poteſtatē acceperit · quemadmodum ſortilegium · quod aliquando per abuſum ſacrarum rerum cõmittitur. aut ex aliis rebus friuole cauſa querit᷑ que non eſt cauſa intenti effectꝰ: ꝙ ꝑ res ſacras ꝯmittitur ſacrilegium · quod ē furtũ rei ſacre vel intra locum ſacrũ ꝑcuſſio violẽta ſacerdotis vł clerici · Simonia · Hereſis · ceteraqꝫ crimina quibꝰ eo facto excõmunicationis ſententiã incurrũt delinquẽtes · homicidium percuſſio patris aut matris · periurium in iudicio publico commiſſum· adulterium ſignanter notorium mulierum raptus violentus· defloratō virginū conſtupratio ſanctimonialiū· et inceſtus cum conſanguineis intra quartū gradum: votorū fractio· oppreſſio paruulorum infantium ob negligentem cuſtodiam· peccatum item turpiſſimum et abhominabile quod contra naturam dicitur· ſiue in propria perſona permolliciem perpetratum ſit· ſiue in alio cōmiſſum qui eiuſdem ſexus exiſtit· vł in perſona alterius ſexus ſi fiat in alijs membris ꝙ natura ad generationem deputauerit· vel ſi deniqꝫ in alia ſpecie admiſſum ſit· ¶ Talia namqꝫ crimina grauiora ſunt ꝙ ſit eſus carnium in ſacroſancto die veneris· vnde et de eis tenetur peccator expreſſe confiteri· ſub pena eterne damnationis· ¶ Quarto ꝙ perſona confitens debet habēre voluntarium propoſitum om̄ia peccata ſua iuxta vires integraliter explicandi et ad interrogata veritatē ſine mēdacio reſpōdere ad ſui accuſationem vł excuſationē· Itē celare etiaꝫ debet pecc̄m alteri9· niſi fortaſſis aliť ſuū peccatū reuelare nō poſſit· niſi ꝑſonā talē ad ſuum cōmodū ſpūale cōfeſſori detegeret abſqꝫ p̄iudicio cuiuſcumqꝫ· Quod ſi prelatus ſuperior vł penitentiarius non ſingula peccata cōfitentis integraliť ſed ſolos caſus reſeruatos audiē voluerit· reſeruet peccator alia delicta minori ſacerdoti poteſtatē ſuper hijs habenti confitenda

Quinto ꝙ nullus iniunctam penitentiam recipere debet nisi quam perficere voluerit. quam et celare tenetur vna cum alijs confessori prolatis aut interrogatis. nisi forsan qd absit idem confessor confitentem verbis aliquibus ad malum inducere niteretur Sexto ꝙ si grande quid alicui restituendū sit. et is ignoretur cui debeat restitui. vl' etiam si votoꝝ cōmutatio aut relaxatio faciēda sit. consulat ꝑlatus superior. vl' alius horum ptātē habens nō āt sacerdos inferior Septimo ꝙ sup pctīs i generali supius numeratis si casus speciales occurrāt vl' numerus delictoꝝ. tenetur hoc cōfitēs explicare tūc. presertim qn̄ ꝑticularitas casus. vel numerus specialē haberet annexam maliciā mortalē. vt cum quis decem frācos abstulit paupi. vxorem et filios habenti vl' in loco sacro. grauius peccatum est ꝙ̄ furtum ꝑ se in generali omisisse. Et pariformiť in alijs casibus ꝑticularitas exprimatur. ꝓut ꝯfitēs meminerit scd̄m beneplacitū cōfessoris. obmissis circūstancijs alijs ad peccati grauitatē ꝑtinētibus. Octauo ꝙ si persona ꝯfitens in peccādi ꝓposito perseuerat: vl' de nouo peccatum iterare disposuit. aut ꝙ ablatū alteri scd̄m facultatem suam non vult dimittere vel restituē. aut ꝙ a carnali peccato luxurie recusat abstinere. vel ꝙ nocendi iniquum ꝓpositū retinet nullus hanc personaꝫ a peccatis ꝯfessis potest aut debet absoluere· quāmꝙ tali persone salubriter consulatur· vt bona que poterit interim perficiat· quatenus eam deus in viam rectam dignetur illustrare· ¶ Nono notetur ꝙ peccatum quodlibet tantō peius ac deterius est· quanto pluribus intulit nocumentum· ¶ Propter ea si quis fuerit alterius ruine causā et occasio· vt innocentes presertim iuuenes aut puellas· suo consilio hortatu vel alio quouis modo sollicitando ad peccatum· agat huiꝰ rei districtam penitentiam· et procuret deceptorum a se correctionem aut emendationem totis viribus procurando· et ꝑ se et alios eos ad viam veritatis et sanam doctrinam reducendo· In hoc enim consistit portio principal' sue satisfactionis et penitentie· ¶ Decimo ꝙ si quis post conscientie sue examinationem diligentem· ipse peccatorum quorundam etiā mortalium a se commissorum non reminiscatur· tunc per solam generalem confessionem de ipsis absq; alia speciali saluabitur si tamen ea prius oblita postmodū ad memoriā redierint ea spāliter certis tempore et loco cōfiteri tenetur· Qua in re periculosū est cōmissoꝝ a se delictoꝝ mortaliū ꝑ negligētiā atq; desidiā immemorē fieri·

Absolutio·

FOrma absolutōis sufficiēs et reqͥsita ꝓ
pcās de quibꝰ cōfessor itēdit et pt̄ ab
soluē ꝯfitētē Ego absoluo te a pcās tu
is In noīe pr̄is et filij et spūs scī· Amē Et si cō
fessio de excōicatōe tm̄mō· fiat dicat Ego absol
uo te ab excōicatōe tua In noīe pr̄is et filij et
spūs scī Amē· Et si cū hoc fiat absolucō de pec
cato ꝓpt̄ qd̄ lata ē excōicacō l' de alijs addat for
ma p̄or Additōes qdā alie ꝯdicōales q̄ īuolun
tariꝰ dimittūt·

Tercia ps huiꝰ opusculi de sciā mortis

SI veraces fideles q3 amici cuiuspiam e
groti curā diligenciꝰ agāt· ꝓ ipsiꝰ vita
corpali fragili· et defectibili ꝯseruāda
exigūt a nob' multo fortiꝰ deꝰ et caritas ꝓ salu
te sua spūali sollicitudinē gerē spālem In hac
enim extrema mortis necessitate fidel' ꝓbatur
amicus Quippe nullū ē opꝰ misīdie maius si
ue cōmodosiꝰ· qd̄ et tanti apud deū meriti· et
amplioris frequenter estimatur· queadmodū
psone nostri saluatoris ihū xpi hī ī tris nobis
cū degeret· impensū seruiciū corporale· Quam
obrem cura fuit presenti scp̄to cōponē breuez
quedā exhortationis modū habēdum circa eos
qui sūt in mortis articulo ꝯstituti· valentem e
tiam generalit̄ oībus catholicis ad artez et no
ticiam bene moriēdi ꝯquirendā· Continet aūt

Si boni amici pro fragili
corpore huius curam diligentem
agunt eo quod nihil foris
caritate, Quanto magis
pro salute aīe ipsius spiritualem
curam gerere debz
p̄fectum in morte necessitate

nullum maius opus misericordie

opuſculũ hoc breue q̃tuor ꝑticulas· ſcȝ exhortatões· interrogatões· oraciones· et obſeruationes·

Q anima fidelis anima ad in
Illa vltra sua necessitate
Exhortare : Interrogare :
orare et obseruare illo

¶ Prima pars continet quatuor exhortationes·

Prima exhortatio ẽ Amice dilecte aut dilecta· cõſidera nos oẽs ſubiectos eẽ potẽti manui dei· ⁊ ipſi⁹ voluntati oẽs nos cui⁹cũq̧ cõditionis aut ſtatus reges principes diuites et pauperes· mortis tributũ ſoluere neceſſe eſt· Venim⁹ in mundũ peregrinorũ more· vt ex eo tranſeam⁹· non vt manſionẽ in eo ſtabiliam⁹· quin poti⁹ vt hic bene et meritorie viuentes et deo ſeruientes· horribiles inferni penas euitemus· et gl̃am eternã habea⁹ Recognoſce diligẽter cum gratiaꝝ actione a deo tibi conceſſa beneficia· q̃d etiam tibi in hac extrema hora ſui cognitionem dederit· nec te morte ſubita preoccupauerit· gratias pro hijs et alijs innumeris donis nunc eidem refer· ad ſuam infinitam miſericordiam confugiens· et cõmiſſis a te criminib⁹ veniã humiliter poſcẽs Sollicite cogita te in vita tua plurima delicta perpetraſſe quibus penã ferre meruiſti· vnde et hui⁹ infirmitatis et mortis penas paciẽt tollerab̃ oẽs· rogãs deũ vt pñtis doloris ac̃bitas remiſſionẽ oper̃ peccõꝝ· ⁊ purgatorij horribil̃

humiliamini ergo sub potenti
petri
manu dei vt vos exaltet
in tempore sue visitationis
Nichil intelligo d hic [illegible]

horribiles pena infernalis

Et gratias referimus dño
deo pro omni beneficio dato

cruciatus in hanc afflictionem tuam per suam misericordiam commutetur. Tollerabilius est namqꝫ hic presencialiter q̄ in futuro puniri. quod si sis corde contrito paciens penam necessariam tamq̄ voluntariam feres et omnem penam et culpam remittet deus. certusqꝫ paradisum introibis. alioquī per impacientiam eternam penam et dampnationem incurres.

Iheronimus
Hic ure hic seca o dñe deus ut in eternum parcas Tollerabilius est in hac vita temporali quam in futuro .i. in pena infernali

¶ Super omnia in hac extrema hora constitutꝰ meditare circa tuam spiritualem salutem. nūq̄ enim fortassis in futurum huius meditationis occurret oportunitas. omnem aliam sollicitudinem et rerum terrestrium curam relinque. quas relinqui necesse est. que etiā nec ab inferni precipitio corruentem eripere valent. plena fide te deo committe et ei qui ōmipotens bonus et sapiens est te tua et tuorum regenda prebe. Omnem preterea cogitatum tuum in eum dirige. astantes solummodo et superstites rogans. ut pro salute tua deum precibus exorent.

Et meditare de christiana semper spiritualem salutem quam temporalem huius mundi

¶ Scd̄a ꝑticula sex habet iterrogatōes.

Dilecte aut dilecta. vis tu mori et vivere in soliditate fidei cristiane respectu dei et domini nostri ihesu cristi tamq̄ verus fidelis et obediens sancte matris ecclesie filius. Respondeat. volo. ¶ Petis a deo

primo
Interrogatur an firmus vis mori et vivere in christiana fide Ihesu christi domini nostri tamquam obediens matris ecclesie filius respondeat Volo

veniam peccatorum tuorum commiſſorum et omiſſorum que contra eiuſdem amorem · maieſtatem · atqꝫ bonitatez egeris · Nec eum prout debebas honoraſti · reſpondeat · peto · Habes ne ſincerum propoſitum et explicitam volūtatem vitam tuam in melius commutare atqꝫ corrigere · ſi vita comes ſuperfuerit · rogas etiaz deum vt tibi gratiam preſtet hoc ꝓpoſitum continuandi veramqꝫ contritionem habendi ·
Es tu conſcius tibiipſi alicuius peccati mortalis vł criminis de quo non ſis confeſſus · ¶ Optas ne etiam cor tuum illuminari ad oblitorꝝ criminum ſi que ſint habendam noticiam · et ſi tu ſcires libenter confitereris ea · ¶ Vis ablata per te reſtitui integraliter quantum ad id teneris iuxta tuarum facultatum valorem etiam vſqꝫ ad omnium bonorum tuorum ceſſionem et renunciationem · vbi alias ſatiſfactio fieri non valeret · et coram deo et hominibus veniam iniurie petis · ¶ Indulges ex corde omnibus qui tibi nocumētum itulerint ob venerationem et amorē domini nr̄i iheſu xpi · a quo et veniā ſperas · petis ſimilit̄ īdulgeri tibi et remitti ab hys quos v̄bis aut factis leſiſti · ¶ Ad has oēs p̄miſſas interrogationes affirmatiue reſpondeat · volo ·

¶ Tercia p̄ticula breues miſtrat ordēs

2do Petis a dn̄o deo veniā et remiſſionē omn̄ pctor̄ tuor̄ peto

3o Habes ſincerū ꝓpoſitū voluntate et malam vitā tuā commutare ꝓpono ſemꝑ cū bono opere ſi poſſibile 3 voluntate deo

4to interrogat̄ Conſcius tu alicuius pctī mortalis

5to optas cordium illuminari ·

6to Vis ablata reſtitui integralit̄ quantum potero

6to Indulges ex toto corde omnibus tibi nocumenta fecerunt integralit̄

Primō dicat infirmus ex corde deum orans · Deus meus pyſſime pater · Miſerere mei deus meus pyſſime pater · In manus tuas commendo ſpiritum meum · pater miſericordiarum miſericordiam fac huic paupercule creature tue · ¶ Adiuua me nunc etiam in hac vltima neceſſitate · ¶ Succurre iam anime egenti et deſolate · vt non a malignis ſpiritibus captiuetur · et a canibus infernalibus deuoretur · Dulciſſime ihesū ob honorem et virtutem tue benedictiſſime paſſionis iube me recipi intra numerum electorum tuorum · Saluator meus et redemptor meus · reddo me totū tibi nō me renuas ad te venio non me repellas ¶ Domine paradyſum tuum poſtulo non ob valorem meorum meritorum ſed in virtute et efficacia tue benedictiſſime paſſionis per quam me miſerum redimere voluiſti et michi paradyſum precio tui ſanguinis emere dignatus es ipſum michi conferre feſtina propter quem nec tue diuicie aut potencia minuentur nec ipſe paradyſus anguſtior aut minor inuenitur · ¶ Salutet poſtmodum beatiſſimam virginem mariam dicens · ¶ Regina celorum mater miſericordie confugium peccatorum reconſilia me vnigenito filio tuo · eius clemenciam pro me indigno peccatore interpella vt ob amorem tuū mea remittat crimina perducens in gloriam ſuam · ¶ Angelos de

Oracio prima ad patrem deprecantem
Deus meus pyſſime pater Miserere
mei deus meus pyſſime pater
In manus tuas commendo spiritum meum

Adiuua me in hac summa et
vltima necessitate Succurre
anime mee egenti et desolate

Ad dominum Ihesum christum pro
Dulcissime Ihesu christe miserere
mei ob honorem benedictissime
et amarissime passionis tue iube
me venire ad te in numero electorum
tuorum Et aperi michi ianuam
eterne paradisi quem precioso sanguine tuo
emere dignatus es

Salutet sanctissimam et beatissimam virginem mariam
Regina celorum mater misericordie

Ad angelos sanctissimos et ad
proprium angelum

hinc precibus inuitet inquiens ¶Spiritus celorum angeli beatiſſimi aſſiſtite queſo michi migranti ex hoc ſeculo et potenter eripite me ab omnibus aduerſariorum inſidijs et animam meam in veſtrum conſorcium aſſumite. Tu p̄cipue angele bone cuſtos meus. ¶Poſt hec īquiratur ab infirmo cui ſanctorum vel ſanctarum magis deuotus extiterit vt illi precem offerat dicendo O glorioſiſſime ſancte vel ſancta ſingularem in te dum viuerem ſpem et confidenciam repoſui ſuccurre nunc michi in hoc extremo neceſſitatis articulo laboranti nūc āxior ſupra modū. tpus nūc inſtat et hora. iā in adiutoriū meū intēde.

Spiritus celoꝝ angeli beatiſſ
aſſiſtite michi migranti
ex hoc ſeculo
Et tu precipue angele boni
cuſtos meus

Job
Ad aliquem ſanctorum querere

Quarta ps quaſdā obſuatōes edocꝫ vt ſciat̄ q̄lis predictoꝝ vſus habēdꝰ ſit.

Si paciens nondum eukariſtiam aut extremam vnctionem ſuſceperit. inēragetur an eadem ſacramenta deuote paratus eſt recipere. ¶Si etiam ſuper interrogationibus premiſſis veriſimiliter appareant reſponſiones pacientis exiſtere. remedium apponatur quantum id commodius fieri poterit vel per miniſtrationem ſacramentorum confeſſionis. eukariſtie. aut extreme vnctionis vel eidem manifeſtando periculum quod incurrat non plene ſatiſfaciendo peticionibus

Interrogatur infirmus
Vtrum recipere ſacramenta
velit deuote vel contrarium
Confeſſionis Eucharyſtie et
extreme vnctionis

ſuper fidē ſua et ſalute conſciētie prolatis· Moneaturq̧ vt decedat tanq̄ verus et fidelis criſtianus· ¶ Attendatur ſi infirmus ipſe ex cōmunicationis vinculo aſtrictus teneatur et propterea ſubmittat ſe totis viribus ordinatōni ſancte matris eccleſie vt abſoluatur· ¶ Si moriturus prolixum temporis ſpacium· ad ſuam recollectionem habeat· ne morte feſtina p̄neniatur legende forent coram eo ab aſtātib⁹ hiſtorie et orationes deuote· in quibus ſanus et viuens amplius delectabatur· vel recenſenda eſſent diuina precepta vt profundius meditetur ſi quid aduerſus ea negligēter oblitū deliquerit vel preſens coram eo inſtructio recitetur· ¶ Si patiens vſum loquendi perdiderit habet tamen ſanam et integram noticiam ad interrogationes ſibi factas vel orationes coram eo recitatas ſigno aliquo exteriori vel ſolo cordis cōſenſu reſpondeat· hoc enim ſufficit ipſi infirmo ad ſalutem· ¶ Preſentet᷑ infirmo ymago crucifixi vel alterius ſancti quem ſanus et incolumis ſpecialiter venerabatur ¶ Si non omnia premiſſa dia breuitas ſinat preponende ſunt orationes · illa preſertim que ſaluatori noſtro ihesu cristo dirigitur ¶ Nullaten⁹ ā minime ſi fieri poſſit morienti amici carnales · vxor· liberi· vel diuicie· ad memoriam reducantur niſi inquantuꝫ id exigit patientis ſpiritualis ſanitas et dum

Interrogat᷑ infirmus ſi contra ſit
ſententia in aliq̄ excōmunicatiōis

Legat᷑ coram infirmo paſſio xp̄i
aut autentica legenda vel oratio:

Si loquelam perdiderit habeat
tamen ſanam noticiam ad inter-
rogationes ōnn ſigno exterioris

vxores liberi amici carnales
ne admonent᷑

alias cõuenienter omitti nequit. Non debet infirmo nimia spes corporal' salutis ꝯsequẽde ingeratur potius eidem prima monitio sup̄ius explicata. Sepe nanqꝫ per vnam talem īanem et falsam consolationem et incertam sanitatis corporee confidentiam certam incurrit homo dampnationem. Quimymo hortandus est patiens vt per contritionem. et confessionez anime sanitatem ꝓcuret qd̄ et ad salutem corporis si sibi fuerit expediens valere poterit et inde securior atqꝫ q̃etior erit. Quia vero frequẽter corporal' infirmitas ex aīe languore ortū habet papa p expssam decretalem cuilibꝫ medico corporis districte p̄cipit. ne cuiq̃ꝫ egroto corpoream conferat medicinā priusq̃ꝫ de spūal' medicā confessoris scꝫ requisitione eundem monuerit. Hinc expediens videretur vt in quib⁹libet paupm hospitalibus vl' domib⁹ dei statuto firmaretur. ne q̃s ibidē eger suscipi possꝫ q̃ nō p̄mo ingressus die confessionez facerꝫ l' ydoneo sacerdoti ad hospm̄ deputato paratus ꝯfiteri se ꝯtinuo p̄staret sicut ī domo dei parisieñsi laudabiliter obseruatur.

◆ ◆ ◆ ◆

Explicit opusculum tripartitum de preceptis decalogi de confessione et de arte moriendi. ꝑ eximium sacre theologie ꝓfessorem. Magistrū iohānem de Gersonā alme vniuersitatis pisiensis Cancellarium.

Non detur infirmo nimia spes pro corporali salute ꝯsequenda

Non per inanem et falsam gaudium

Etiam exhortandus est infirmus vt per contritionem et confessionem sanitatem recuperet tam corporis quam anime

Nota bene qui legis
Quia frequenter corporalis infirmitas ex anime languore ortum habet

Quod pauperibus et hospitalibus vel domibus dei ꝯstituetur

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Incipit opuſculum tripartitum de p̄ceptis decalogi De cōfeſſione et de arte moriendi per eximiuꝫ ſacre theologie profeſſorē Magiſtrū iohannē de Jerſona alme vniuerſitatis pariſiēſis Cancellariū.

hriſtianitati ſuus qualiſcunq; zelator · ꝓſpectum ad virtutes vicijs depulſis incrementum Salubre duxi ſequens opuſculum tripartitum de preceptis · de confeſſione · de ſcientia mortis · breuitate qua potui tradere · quatuor preſertim criſtianorum generibus profuturū. Primo ſacerdotib⁹ et curatis illitteratis atq; ſimplicibus · qui confeſſiones audire debent · Secundo indoctis quibuſcumq; perſonis ſecularibus aut religioſis · que eccleſie ſolitis ſermonibus aut predicationibus · ꝓ diuinorū p̄ceptorū noticia intereſſe non poſſunt · Tercio pueris et iuuenibus · qui a rudimentis infantie · circa fidei noſtre generalem tenoreꝫ et principalia puncta primitus debent erudiri · Quarto perſonis domos dei vel hoſpitalia loca frequentantibus et infirmorum ſollicitudineꝫ gerentibus · Quocirca ad huius doctrine publicationem quadruplex perſonarum ſtatus debet vigilare · Primo prelati quos inferioruꝫ curatorum regimen de propinquo concernit ·

a ij

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

quibꝰ inſuper curatorum ignorantia craſſa diuine legis. et inſufficiens eruditio ſimplicis populi imputabitur in peccatum. Secundo parētes pro filijs apud ſcolarum rectores inſtare deberent. Tercio domorum dei et locorum hoſpitalium gubernatores et magiſtri. Illi quarto generaliter. qui in verbis aut factis ac alijs ſignis alios ad peccandum induxerunt.

Quicꝫ ex officio alios docerē debuerant et id agere negligunt. hij namcꝫ ſumptibus ſuis et diligentijs. per huius aut ſimilis doctrine publicationem debent aliorum correctionem procurare. Hoc enī agere penitentia quedā eſt. hec ſatiſfactio. hoc opꝰ miſericordie deo acceptius q̄ elemoſina corporalis. Agant igitur prenominati q̄ doctrina hec libris inſcribatur. tabellis affigatur tota vł per partes in locis communibus vtpote in prochialibus ecc̄is. ī ſcol̄. in hoſpitalibꝫ. in locis religioſ̄. Deniqꝫ expediens videretur. vt ſuper hoc fieret a principātibus edictuꝫ. aut q̄ ab ecc̄ie prelatis indulgētie cōferrentur. Actor vero ſeipſum exonerat apud te xp̄ianitatem ſcīſſimam. agat q̄libet q̄ in te et de te gloriatur qđ bonum eſſe cognouerit. Glā ſit altiſſimo deo. in cuiꝰ noīe p̄ns aggredior opus ad ſalutem fidelium animarū. ordinatū ad eruditōem precipue curatis et ydeote p̄pl̄i. et eorum quibꝰ cōſuetis ecc̄ie ſmōibꝰ et p̄dicatōibus minꝰ intereſſe aut informari cōcedit· In quo veluti tabella quadam et compendio breui· tenorē fidei xpiane lucide poterit inſpicere· et diuina precepta ꝓhibitōneſqꝫ vt ex hys q̄d agere quid ve fugere debeāt poſſit diſtinctius agnoſcē· Cōtinet aūt pn̄s tractatulꝰ capl̄a xviij· quorum quodlibet in duas vel tres vł quatuor ꝑticulas cōueniēter ſubdiuidi poſſet·

Primū capl̄m affirmat mūdū a deo fuiſſe creatū et ꝙ ipē deꝰ vnꝰ ſit et trinꝰ Cur etiā aut ad quē finē hō creatus ſit·

Firmiſſime credendū eſt et nullatenꝰ dubitandū ꝙ ſolū vnus eſt deus omnipotens· oīa ſciens· et oēm ꝑfectōez habens· in tribus ꝑſonis diſtinctis· que ſunt pater et filius et ſpiritus ſanctus· qui mūduꝫ creauit· et creatū regit et gub̄nat ſola ſua liberrima volūtate· et dignātiſſima bonitate·

Speciali aūt prouidentia hūanam gubernat et dirigit creaturā· dans viris et mulieribus animas immortales· creans eas tēporalit̄· tūc cum eas corporibus infundit· et ad imagineꝫ et ſimilitudinē ſuam formans eas· vt creatus homo ſuum conditorem deum cognoſcat· diligat· veneretur· et eius p̄ceptis in hac mortali vita obediens· per opera bona et meritoria vitā tandē immortalē btītudinis plenā· in aīa et corporẽ perpetuo conſequatur· et ita ſit bonis angelis ſociatus· et in loco malorum angelorum ſiue demonũ ſubſtitutus· Qui demones propter peccatũ in has inferiores ꝑtes terre corruerũt· dãpnationis ſententiã ſuſtinẽtes Cũ q̃bꝫ etiã iuſtiſſime dãpnabũtur hoĩes ñqui diuinis p̃ceptis inobediẽtes· et more beſtiali q̃ſi non haberent animã rõnalẽ ſuis voluptatibꝰ ſeruientes·

Scd̃m capl̃m oſtendit hũanum genus ꝓpt̃ p̃morum parentũ tranſgreſſionẽ et peccatum multiplicẽ icurriſſe miſeriã·

Idei veritate credendum eſt primos parentes noſtros adam et euã qui ad tam nobilẽ finẽ cõſequende beatitudinis creati fuerant· clauſiſſe paradiſi ianuam et beatitudinis introitum toti ſue poſteritati generis humani· Quãdo per peccatũ inobedientie donum iuſticie originalis· quadã hereditaria poſſeſſiõe pro ſe et ſuis poſteris acceptum a deo ipſi proditores perdiderũt· Quo dono gratuito originalis iuſticie conſeruato nos omnes a culpa immunes fuiſſemꝰ· et ab omni miſeria famis et ſitis aut infirmitatis abſoluti· et ab alia qũalibet penalitate liberi· adeo ꝙ omnis alia corporalis creatura nobis pacifice ſbiecta fuiſſet · et tandē abſq; mortis pena in padyſū fuiſſem⁹ tranſlati · Hoc autē dono ꝑ peccatū primorum parentum vt p̄miſſuȝ eſt ꝑdito · nos moriēdi neceſſitatem · et vniūſam quā patimur penā atq; miſeriā icurrim⁹ · quia naſcimur in peccato originali · ſcȝ in p̄dicte originalis iuſticie carentia · contra qđ peccatū tāq̄ remediū efficax a xp̄o inſtitutū ē baptiſmi ſacramentum ·

Terciū capl'm declarat quali' a deo redēpti fuerim⁹ · q̄s etiā ſit general' tenor xp̄iane fidei et credendoꝝ a ſingul' ·

Omipotēs dn̄s ac piiſſimus pater · nolens humanum gen⁹ tot et tantis ſubiectū miſerijs ineternū perire · et a regno p̄adiſi in perpetuū exulare · ꝯcurrēte iuſticia ſimul et miſericordia hijs remediuȝ decreuit adhibere Voluit ſiquidem idem piiſſim⁹ pat' vnigenitum filium ſuū abſq; corruptione carnem ſumere · et homīem fieri · intra intemerate virginis marie immaculatum vteꝝ · Tantaq; et tam mirabilis vnio facta eſt duaꝝ naturarum diuīe et humane in vna perſona filij dei · vt vere de⁹ homo diceretur et homo de⁹ · ipſe eſt ihēſus criſtus ſaluator noſter pariter et redēptor Qui antea quidem a patarchis et prophetis denunciatus · nouiſſime in fine tēpoꝛum in hac vltima mūdi etate cōceptus et natus · a pastoꝛibus est cognitus · a tribus regibus oꝛientis adoꝛatus · a symeone sene et alijs ꝗ̄ plurибus predicatus · et a beato iohanne baptista demonstratus · Idem deus et dominus noster ihesus cristus circiter ānoꝛum trium spaciū legeꝫ diuinā xpianamqꝫ religionē p̄dicauit et docuit · eam innumerabilibꝰ miraculis confirmando · quā et in scripturis quatuoꝛ euangelioꝛū nob̄ per suos ministros exhibitam obseruādā reliq̄t · Oꝛdinauit insup septē sacramenta eccłastica · q̄ sūt baptismꝰ · confirmatio · oꝛdo · eukaristia · penitētia · matrimonium · vnctio extrema · Ipse postremo vt nos redimeret et saluaret sub pontio pylato supplicio crucis acerbissimam sustinuit passionē et moꝛtē · sepultus deinde · a t̄cia die resurgēs · spacio dierū quadraginta discipulis suis veritatē sue resurrectōis declarās frequenter apparuit · ac tandem videntibus ap̄lis celos ascēdēs sedet ad p̄ris dexterā in excelsis · venturus est postremo idem dei filius ihesus cristus in fine mūdi p ignem finiendi · et in melius immutandi · iudex generalis hoīm cūctoꝝ in aīa et coꝛpoꝛe resuscitandoꝝ · redditurus singulis p̄mia meritoꝝ · bonis siquidem celeste regnū plenis beatitudinis · peccatoꝛibus vero penale supplicium ignis eterni · Hic est generalis tenoꝛ oꝛthodoxe fidei cristiane · quam firmiter crede

re tenetur catholicus quilibet ratiōe vtens·
abſqꝫ curioſitate· purē atqꝫ ſinceriter ſine fal
ſitate· et certitudinalit̄ reiecta dubietate et
nolens plus ſapere q̄ oportet· ſed occurrenti
bus difficultatum dubijs humiliter ſe ſubmit
tat credulitas ſimplicium intemerate fidei ſā
cte matris eccleſie · ſapientum prelatorum
et doctorum ac omnium ſanctorum et ſancta
rum qui in teſtimonium huius inuiolate fidei
vſqꝫ ad mortem dimicauerunt· Contra hāc
fidem illibatam grauiſſime peccant heretici ſciſ
matici· ydolatre· ſortilegi incantatores· et ma
gici· ceteriſqꝫ artibus a lege diuina prohibitis
vtentes· aut demonum inuocatores· et gene
raliter qui articulos fidei noſtre totaliter aut
in parte· palam vel occulte decidunt· Illi pre
terea qui non credunt deuꝫ omnia iuſtiſſime
regere ſua liberrima voluntate· ſed potius aſſe
rentes omnia nature vel fortune vel fato ſub
ici· Preterea malorum quemadmodum bono
rum finalem ſaluationem affirmantes· Illi de
niqꝫ q̄ noſtrorū actuuꝫ imputabilitatē ad me
ritū vl̄ demeritū negāt· qui dei p̄deſtinatōem
vl̄ reprobationē dicunt opum nrorū tollē liber
tatem· Hor̄ ſimiles contra fideꝫ orthodoxā ſūt
errores innumeri procedentes ex intellectu ſup
bo · hūiliare ſe deo recuſāte· aut ex falſa phīa
vel potius melācolia fantaſtica· aut demuꝫ ex
voluptuoſa carnalitate rationis iudicium ec

affectꝰ pietatē ſubueniētis·

Quartum capl̄m manifeſtat quid deus nob̄ obſeruandum precepit enumerans decē p̄cepta decalogi·

I igitur vt in ſuperioribus habitū eſt deus optimus atq̄ iuſtiſſimus nos hōmines vltra ſupraq̄ irrationales creaturas adeo excellenter condiderit ad ymaginem ſuā· ſcilicet dās memoriam intellectum· atq̄ voluntatem· vt cognoſcamus eum ſeruiamus et amemus· Miſericordiſſime preterea redemerit· paſſionem pro nobis talem perferendo/ qualem nec ipſi pro delictis noſtris ſufferre vellemus· profecto iuſtiſſimum eſt vt ipſi deo fideliter ſeruiamus· tanq̄ ſubiecti ſupremo domino· ſicut filij naturales patri legittimo et velut ſerui ex dominio peccati· carcere· morteq̄ redempti ſaluatori liberaliſſimo· Attento ꝙ nobis eius precepta ſeruantibus gloria inexcogitabilis ab eodem promittitur· tranſgreſſoribus vero ineſtimabilia tormenta reſeruantur· Cognoſcens nichilominus ipſe pijſſimus pater noſtram fragilitatē et exiguam potentiā n̄ requirit a nob̄ ōe ſeruicium quod ſecundum iuſticie rigorem exigē poſſet quin potiꝰ dedit certum numerū preceptorū quorū obſuatō ſibi ſufficiēs eēt· q̄ etiā legis de calogo continentur· Qua propter ad hec p̄cepta ſcienda et intelligenda tenetur quilibet per ſe vł alium diligentiam apponere ꝑ conſeruacōe vite ſpūalis q̄ntum pro vite corporalis ſuſtentatione poneret· ⁊ eo maiorē quo īmortalis anima eſt corpore p̄ſtantior· ſine quoruꝫ noticia nullus poteſt conuenienter peccata vitare aut ab eis reſurgere· et quorum ignorātia ex deſidia ꝓueniens non excuſat ſꝫ accuſat et condempnat· Sūt autem hec decem p̄cepta hiis metris comprehenſa· Vnū crede deum· nec iures vane per ipſum· Sabbata ſāctifices et venerare pres Non ſis occiſor fur mechus teſtis iniquus Viciniꝫ thorum· res qꝫ caueto ſuas·

Quintū caplm·

Primum preceptuꝫ eſt· diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo ex tota mēte tua· et ex tota virtute tua· Hoc eſt nō voles ſcient rem quācunqꝫ amaē pl9 q̄ deum propter quod dei amorē perdas Hoc āt preceptuꝫ cōuenienter ab homine ſeruatur et n̄ aliter ſi legem dei et alia p̄cepta opibus impleat· Quiſquis eīn mortalit peccat p̄ceptum hoc infringit q2 voluntatē ſuam diuine volūtati oppoſitum precipienti antepoīt· Spālit āt cōtra hoc preceptum agūt homies ingrati cōtra diuina iudicia et ordinatōes aut regimē erga ſe vel alias creaturas murmurantes q̄ſi non eſſet deus oīo iuſtus bonus atqꝫ miſericors et totus amabilis atqꝫ deſiderabilis:

Illi item qui in foueam deſperationis ſeipōs precipitant per impacientiam Illi preterea qui vrgente ĩfirmitate aut neceſſitate aliqua ſortilegos conſulunt et diuinatores · vtentes potiꝰ ĩ hijs ſcripturis aut breuibus cartulis ſiue cedulis collo ſuſpēnſis aut caracteribus et alijs quibuſlibet vanis credulitatibus quaſi deus ipſe non eſſet vſqꝫquaqꝫ bonus potens et ſapiens ad eis ſuccurrendum quantum ſit eorum neceſſitatibus expediens · Faciat igitur homo in neceſſitate conſtitutus quantum poteſt procurans remedium naturali ĩduſtria non temptando deum qđ graue peccatum eſt aut noua miracula expectando deſiderandoqꝫ ·

Reliquum vero quod nature vires excedat deo plena fide committat et indubitanter deus qui noſcit omnia quiqꝫ optimus eſt illud quod optimum eſt commodiſſimumqꝫ fuerit homini conferet · Sepe equidem infirmitas paupertas aut alia queuis tribulatio eſt hominibus vtilior q̄ꝫ nimia proſperitas qua faciliter abutimur · Scit namqꝫ pater quid filio proſit · magiſter quid diſcipulo conueniat · et medicus pacienti de remedio competenti nouit melius prouidere · Peccant inſuper cōtra p̄ceptum hoc illi qui muñd ãno quodã timore irrisorum aut oblocutorꝝ verba foris dantes diuinis preceptis obedire verentur. Quaꝓpter etiam grauissime peccant huiusmodi irrisores. personas diuino seruitio deditas in statu religionis. virginitatis aut viduitatis constitutas. aut studio theologie deputatas affectione carnali a bono opere retrahentes.

Hoc rursus precepto nobis precipitur honor et reuerentia sanctis exhiberi. specialiter virgini marie. et bono angelo custodi nostro vt nichil turpe ipso vidente et presente faciamus. quod presentibus hominibus agere refutaremus. Deniqꝫ sanctorum reliquias. loca sancta et beatorum ymagines debemus venẽari. non pro ipsis sed quia videndo eas honorē impendimus rebus representatis per eas iuxta ritum sancte matris ecclesie. alioquin peccatū ydolatrie cōmittitur ymaginē secundum se adorādo credendo ipsam imaginem pulchrā siue turpem nouam aut veterem plus aliquid habere virtutis et quicquam numinis includere vel diuinitatis. Huic precepto plurimū contrariatur nimius honor dominis temporalibus aut magnatibus adulatione siue malo aliquo fine exhibitus. Omnis etiam simulatio vel ȳpocrisis ad inanem gloriam hominū aut fallacem deceptionem ordinata. Immoderatus item amor parentum erga filios.

NB

et generaliter auri et argenti · aut alicuiꝰ creature · ſic ꝙ homo ibi ſiſtat et in eis cõfidentiaꝫ ponat · Non enĩ hec oĩa ab infernali morte nos poterũt liberare · ſolus quippe deus eſt verus et fidelis amicus qui ĩ extrema neceſſitate opẽ p̄ſtare poteſt · Vnde et ſuper omnia confident̄ cum cordis ſinceritate honorari debet adorari et diligi · zc̃ ·

Sextũ capl̄m eſt de ſecũdo p̄cepto ·

Ecundũ p̄ceptũ eſt · Nõ iurabis p nomẽ dei tui iuanũ et ſine cauſa · Contra hoc p̄ceptũ p̄ncipalit̄ agũt q̄ ſciẽtes q̄d falſũ eſſe credũt iurant · periurium cõmittendo · Valde namqꝫ hoc graue peccatum eſt cum deus aſſumatur tanquam teſtis falſitatis · et qui artificioſe iurat falſuꝫ · artificioſe deierat · quamquã enim pro loco et tempore cõuenienter veritas poſſit ſubticeri · non tamen dici falſum ſcienter et periurium committi ·

Peccant etiam grauiter contra preceptum hoc qui turpia faciunt iuramenta deum blaſphemantes · et animas ſuas iurando demonibus deuouẽtes · quiqꝫ de humanitate criſti et ſanctis inhoneſte loquuntur Contra quos omnes ſic periuros et blaſphemos · ſtatute ſunt leges punitiue tam a terrenis principibꝰ q̄ a prelatis eccleſiaſticis · Vnde dolendum eſt ꝙ propter negligentiam ipſorum quibus penas exequi pertinet nō ſortiuntur effectuȝ· Multum vero diligenterqȝ premiſſa deberent attendere· hij q̄ cā lucri de facili iurant · quēadmodum mercatores et mercatrices· Illi etiam qui abſorpti paſſione aut ebrietate ī ludis frequēter inhoneſtis ſiue ꝓhibitis· vt ē taxillorū ludus enormiter iurant· et generalit̄ q̄cūqȝ ꝑuerſa cōſuetudine aut inclinatione preuēti iuramētum emittūt· In talibus quippe ſepe piuriū ꝯmittitur ꝓpt̄ qđ etiam tales aliqui peiores ſunt in hoc ſarracenis aut iudeis minus deū honorātes· Ad hoc āt genus peccati periurij ſcȝ· reducatur votoꝝ fractio· et ſolutio fidei matrimonialis· et generalit̄ īfidelitas· qua in alteriꝰ p̄iudicium· ſecretū ipm̄ reuelat· ſiue ꝑ cōfeſſionē ipſiꝰ ſiue alio mō ſecreto cognitū· lege namqȝ diuina et naturali ſecretum teneri debet· quod in ſecreto acceptū eſt· niſi alia via fuerit ſibi detectū· Poſtremo ꝯtra preceptū hoc reductiue peccant q̄ vouēt aut promittūt ea q̄ ſūt de ſe illicita· ꝙ ſi ꝓmiſſa talia opere cōpleāt grauius inde et dampnabilius peccāt·

Ertium p̄ceptū eſt· Tu obſeruab̄ dies dn̄icos et feſtiuos ab eccīa ſuari p̄ceptos· Hec obſuatō aut veneratō mltiplicit̄ accipiēda eſt· Primo q̄dē vt quilibȝ xpianꝰ illo die dn̄ico vel feſtiuo legitimo īpedimento ceſſante · miſſam audire teñeatur · Sc̄do vt quilibet eo die abſtineat · ab oī labore ꝗ̄ mercatione · et alio quouis laborioſo ope · ſecunduꝫ ritū et cōſuetudinē patrie quam inhabitat · quā cōſuetudineꝫ ꝑlatus ſpiritualis illi⁹ loci cognoſcēs nō ꝓhibet · Q̄d ſi alicui ſup tali ꝯſuetudine ſuanda aut alijs caſib⁹ dubietas occurrat cōſulat ille ſupiores et ꝑitos · ne per amplam nimis aut ſtrictam cōſcientiā · in pccm̄ cadat · Tercio accipienda ē hec obſeruatō vt vn⁹ qſq3 illo die propriam vitam et conſcientiā diſcutiat de cōmiſſis criminibus a deo veniam petēs Recognoſcere debet tunc criſtian⁹ m̄ltiplicia beneficia ſibi a deo preſtita · nō in aliquo murmurādo · aut ſibi guerram de bonis ſuis faciēdo ſ3 grās referendo · Debet tūc audire verbū diuinū et ſpūalis doctrina pacifice atq3 reuenter abſq3 irriſione aut īpedimēto quocūq3 Meditetur p̄terea q̄libet et corā ocul' cordis q̄tuꝫ p̄t cōſtituat mortem ſibi de ꝓpinquo imminentē infernū atq3 paradyſū · mortē etiam p̄orūꝫ hoīm qui in hac vita p̄fuerūt · facta etiā memorabilia ſcōrū et ſcāꝝ · dicat Pater noſter · Aue maria · Credo · et alias ſi quas didicerit orationes deuotas · penitentias iniunctas ſibi diligenter perficiat · requirat inſuper diuinuꝫ auxilium intercesſionē mediante ſcōꝝ et ſcārū a q̄bus velut pauper et mēdicus elemoſinā ſpūalem poſtulet · nunc ad vnum nūc ad alium ſe cōuertens quoduſqꝫ bonū aliquod ſpūale ī ſanctum ſue paupertatis cōgeſſerat Preterea doceat quiſqꝫ curam aliorū habens filios aut filias et alios ſeruitores diebus ſolempnibꝰ et feſtiuis ſimilia facere Votūꝫ enī omiſſio culpabilis eſt defectus. Predictis tn̄ non obſtantibus liceat pt̄ hō diebꝰ dnīcas et feſtiuis aliꝙ recreationem et ſpaciamentū vl̄ ludum honeſtū cauſa ſolacij aſſumē plus ꝙ alio tēpore· dūmodo p peccatū mortale nō offendatur deꝰ· comedendo bibendo coriſando aut aliū ludum exercendo· Quāꝙ frequentiſſime in talibꝰ ludis grauia peccata cōmittātur· quēadmodū ꝑiuria rixe diſſēſiōes deſideria· carnalia opera· verba et carmina luxurioſa contra deum et equitatem iuſticie adeo vt ſepius die dominico minus malum eſſet arare ꝙ talia perpetrare

Contra preceptum hoc peccant grauiter impedientes predicationem· aut diuinum ſeruitium· verbis aut factis intra eccleſiam aut extra· Quiqꝫ circa eukariſtie ſacramentum irreuerentes ſūt· aut erga alia eccleſiaſtica ſacramēta ſicut baptiſmi et mat̄monij celebrationē quidam ſunt irridentes· et ſacramēta confirmationis et vnctionis extreme ſuſcipere cōtēpnētes· Ceterꝝ contra idem p̄ceptum valde ḡuiter delinquūt hij qui ī certis ſolempnitatibꝫ ām irreuerentias multas et abhominabiles ꝑpetrant· Illi etiam qui talia faciētibꝰ dāt cōſēſuꝫ

Jlli preſertim q̄ ex officio poſſēt et deberēt talia impedire · nec excuſari poſſūt ludi p̄textu · Aſſerit nāq̧ veridicū ꝓuerbiū · Nō patit̃ ludū · fama fides oculus

Septimum capitulum de quarto loquitur p̄cepto ·

Onora p̄ntes Eſt quartū p̄ceptū Hoc āt accipiēdū ē nō tm̄ de p̄ntib9 carnalibz · ſ et de p̄latis eccl̄iaſticis · ⁊ curatis ſuis · q̄ nos in xp̄o regnauer̄t · et g̃nalit̃ de p̄poſitis et ſupiorib3 · mg̃ris ſcʒ bn̄factorib9 et ſtremis p̄ncipib9 · Cōſimilit̃ etiā de mortuis et defunctis intelligēdū ē · quod ad hoc ꝙ ꝓ ipſis deum rogare tenemur Cōtra p̄ceptū hoc g̃uiter peccāt hij q̄ ſine cauſa ratōnabili ſuis ſupiorib9 quibuſcūq̧ detrahūt aut maledicūt · et eos ꝓuocāt · l' mortē eis optāt · queadmodū mali filij p̄ntū mortem frequēter deſiderāt vt eorum hereditatem poſſideāt Trāſgrediunt̃ etiam p̄ceptum hoc q̄ ꝯtempnūt p̄cepta ſancte matris eccl̄ie · veluti excōicacōis ſētētiā puipendentes · et ieiunia indicta ab eccleſia ſine cauſa rationabili ſoluētes · cū tn̄ ea obſeruare poſſent ſine ſui corporis notabili g̃uamine · Sicuti etiam libertatū eccleſie violatores que libertas eccleſie ꝯceſſa eſt · nō tam fauore miniſtrorū eccleſie · q̄ntū intuitu diuini honoris · nō em̄ ꝓpter malicia̅ aliquoꝝ miniſtroꝝ eccleſie· dēt a quocꝫ fideli xp̄iano ſtatus p̄latic⁹ aut eccleſiaſticus diffamari aut ledi· nec p̄dit virtutē ſuam baptiſmus aut miſſa celebrata ſiue aliud ſacramentū· ꝓpter malicia̅ miniſtroꝝ· Tenet p̄terea hoc p̄cepto laycus fidelis q̄ꝫ aliqui eccleſie miniſtri mali ſint· debitum reddē· miſſā audire· decimas et oblaciones et alia iura reddere ordinata ꝑ ſuſtentacōe eccleſie miniſtrorū· qui vacādo diuino ſeruicio toti rei publice ſuiūt· plurimis aliorū hoim ꝓpter tpales et neceſſarias occupacōes ab hoc miniſterio prepeditis· qui ſic eccleſie debitū reddit· liber et immunis deo nō hominib⁹ ſeruit Porro p̄ceptū hoc infringūt q̄ leuit nimis et inſipient redarguūt terrenos p̄ncipes ſup eoꝝ actib⁹ publicis ſiue cōſtitucionib; et ſtatutis· nō attēdētes ſepius eorum onera et ſarcinas g̃ues· q̄s ſubditus ꝓplus nō debꝫ nec p̄t cognoſcē· quaꝓpt nec eos de facili iudicare debēt· multa potius examini diuino reſeruātes· coram quo ſunt ipſi p̄ncipes actuum ſuoꝝ rōnē reddituri· Denicꝫ ſoluūt hoc p̄ceptum qui nolūt ſupioꝝ ſuorum aut ſapientioꝝ acquieſcē cōſilijs· ꝓpꝛijs iudicijs innitētes· ꝑuenit quippe g̃ue peccm̄ hoc ex inobediēcia et dedignāti ſuperbia· in errorē et deceptōem hominē inducēs Cōtingit namcꝫ ſepius vt aliquis homo taliter decept⁹ ſuperbia tante ſe reputet ſāctitatis vt hūano cōſilio nōn indigere ſe credat· Fit ꝗ̄ inde et deceptus hō ille ꝓpter auſteram nīs et īdiſcretaꝫ abſtinentiā quā bonā eſſe credit· capitis fluraꝫ aut aliam infirmitatē incurabilē malo fine pitutus incurrat·

Nonū caplm de quinto precepto·

Vintum preceptum eſt · Nōn occides hominem· et eſt intelligendum ꝙ nō eſt interficiēdus homo auctoritate ꝓpria vl' ꝑticulari· et per viā facti· p̄termiſſa via iuſticie et equitatis· Hoc precepto diſtricte ꝓhibetur omne peruerſū odium· et deſiderium vindicte ſeu mortis aliene· malum item cōſilium et iniquus conſenſus in alterius nocumentum leſionem vl' mortem· Qd ſi ꝑſona leſa fuerit eccleſiaſtica· aut in ſtatu clericali conſtituta grauius eſt peccatum· et incurrunt eo facto ſic agentes et conſentientes excōmunicatōis ſententiā· Cōtra preceptum hoc grauit' delinquūt hij q̄ odio vl' rācore principaliter moti· aut intuitu vindicte aut alic⁹ grauaminis potius q̄ꝫ zelo iuſticie inſtigati proximos ſuos per placitationes et proceſſus aut iudicia publica multiplicater vexāt· etiaꝫ qd ſuum eſt req̄rentes· Poteſt nichilominus hō quod ſuū eſt in iudicio publico repetere· et ordine iuris ſeruato emēdā rationabilē ſue dampnificatōis re quietere. abſqȝ hoc ꝙ̄ odiēdo ꝓximum mortaliter peccet · quanq̄ ſepe pro pace propria et tranquillitate et attenta proximi indigētia · eligibilius eſſet ōnem emendam abſqȝ lite publica remitti · Vulgo nanqȝ dicitur · In denario litis non eſt obulus amoris · Multum vero is qui ledit alium debet attendere · ꝙ ex alterius mutilatione vel occaſione ſiue leſiōe quacūqȝ contingit interdum leſum cum ſuis heredibus depauperari · in quo caſu ledens quēadmoduȝ fur aut latro ad oīm bonorum perditorum reſtitutionem tenetur · Preterea cōtra p̄ceptū hoc grauit̄ peccant qui quoquo modo īpediunt ex commixtiōe viri et mulieris fetū naſci aut abortiuum procurant · ſeu percuſſione violenta vteri · aut nimia ingluuie · aut propter anguſtiam veſtimentoꝝ ad laſciuiam ordinatam · aut aliā quācūqȝ negligentē fetus cuſtodiam: ꝙ ſi fetus iam erat aīatus ǧuius ē peccatum · tūc em̄ vere homicidiuȝ perpetrat̄ Inſup cōtra p̄ceptū hoc ſpecialiter peccant inuidi detractoēs odio pleni et iracūdi tūc p̄cipue cū inter affines aut alios guerras aut diſcordias implacabiles excitant · ex quibus mala plurima oriuntur · adeo vt is qui litem mouit eam cum vellet nō ſciret aut valeret ſedare · vnde et apud deū dāpnorum inde ꝓuenientiū reꝰ cōſtituitur Occurrit deniqȝ contra p̄ceptū hoc dāpnabil̄ et horrenda cōſuetudo in aliquibus obſeruāta prouīcijs · q̄ua pro vnius delicto tota ipſius ꝓgenies in mortem et perſecutōēꝫ perquiritur · Hoc tandem precepto interdicitur omne duellum mortale aut torneamētū quibus mortis veriſimiliter imminet periculū et cetera ·

decimum capitulum de ſexto loquitur p̄cepto ·

Extū p̄ceptū Non furtū facies · Et eſt furtū vł latrociniū rem alienā rapere ſiue retinere · alio cuiꝰ ē ignorante · ſic ꝙ ipſi hoc cognoſcenti diſpliceret Hoc p̄cepto diſtricte ꝓhibetur ōmis iniuſta mercatō · cultura quelibet terre aut labor infidelis et fallax · aut quodlibet mēdoſum artificiū · fictus etiam diete labor · et rerꝫ venaliū inutiliuꝫ quōlibet pro vtilibus vendicio · ſiue venditor earum · res eas emendo deceptus fuerit ſiue non · Non enim quia deceptus ſum licite poſſum alium decipere · Prohibetur item hoc precepto omnis vſura · falſa aduocatō aut patrocinatio · placitatioqꝫ vł lis nō rite aſſumpta · fraudulenta procuratō aut iniuſtum iudicium · et generaliter omnis deceptio manifeſta aut falſo colore velata qua quis alteri dampnum faciat quod ſibi nollet fieri · Aggrauatur autē peccatum hoc furti vł latrocinij ex circūſtātijs loci tp̄is et ꝑſone · et ſimilibus · quēadmoduȝ ſi rem ſacram in loco ſacro · aut tempore orationi deputato quis auferat · Si etiā ꝑſona dāpnificata pauꝑ fuerit et ī ſe vl' in ſuo ſtatū aut in ſuis heredibus ex hoc graue detrimētū patiatur · Requiritur aūt ad ꝑſone ſic alium dāpnificantis abſolutionem · vt ablata et dāpna ex integro dāpnificato reſtituat · ſcd̄m iudicium boni viri · quemadmodum citius et commodius poterit · Quod ſi facultas non ſit oīa reddere · ſaltem qd̄ poterit reſtituat · et ſi dāpnificatus ignoretur ablata nichilominꝰ ī pios vſus et elemoſinas diſtribuat ſecundum iudicium ſuperioris · Hoc etiam precepto ꝓhibetur oīs ſymonia que eſt ſacrorum venalitas · pluralitas itē beneficiorū abſq̄ rōnabili cauſa · et formatio vel vſus falſe monete · Item rem aliq̄ ad certos terminos ad credentiam plus iuſto vendere · et omnis contractꝰ illicitus ·

Preterea ꝓhibetur hoc p̄cepto ōmis detractio et diffamacio q̄ alterius fama bona omni argēto preſtantior alteri iniuſte tollitur · Debet eq̄dem ſic diffamans alteri famam ablatam reſtituere quantū poteſt · publice qūqꝫ veritatē cōfitendo et ſe male feciſſe aſſerendo et multo magis ſi totuȝ aliquē ſtatū iniuſte diffamauerit · Inſuper hoc preceptum infringūt qui a ſubditis ſuis vltra iuris equitatē et rei publice neceſſitatē tēpalia bona violent̄ diripiūt · q̄ etiaȝ leges iniuſtas aut precepta condūt contra deum et eccleſiam qui in eo facto excommunicationem incurrunt· Amplius hoc trāſgrediūtur p̄ceptum adultere mulieres illegittimos filios ad legittimoꝝ hereditatem ſuccedere facientes· queqꝫ virorum ſuorum bona eis ignorantibus ſumptuoſe nimis conſumunt· Cōſimiliter delinquunt filij parentum bona eis neſcientibus inutiliter exponendo· ſeruitores etiam et diſpēnſatores dominorum ſuorum aut magiſtrorum bona infideliter miniſtrādo· eccleſiaſtici viri eccleſie bona luxurioſe aut pompatice· aut ea in theſauros cumulando·

Illi item qui terminos agrorum dilatant ꝓximos defraudando· Qui tributa iuſte inſtituta ſoluere rennuunt· Et hij quibus commiſſa eſt teſtamentorum executō· elemoſinas et cetera legata in p̄iudiciū defunctorū implē differētes· aut ſoluere recuſantes· Plurimi ſūt modoꝝ hoꝝ ſimiles q̄ ex p̄dictibꝰ imoderatis ſūptibus ꝓueniunt· cum quis multipliciter vltra redditus et prouentus proprios ſumptuoſiuꝫ gerit ſtatum· ſumptuoſius namqꝫ ſtatus ſumptuoſas requirit expenſas· Poſtremo contra preceptum hoc grauiſſime peccant· hij q̄ pecunia aut prece violenta parentes propinquos aut ſeruitores principaliter intuitu ſeruicij eccleſie bona occupare procurant· cuꝫ p̄ſertim eccāſtica beneficia dignis et ſufficiētibꝰ debẽantur · et pure non ſymoniace conferri debeant · Alioquin in beneficio nullum ius acq̄rit · nec a crimine liber eſſe poteſt quouſq; beneficium ſimpliciter reſignet ſymoniace promotus · ꝛc.

Capitulum vndecimum Septimum continꝫ preceptum ·

Eptimum preceptum eſt Nõ mechaberis nec luxurioſus eris · Hoc p̄cepto inhibetur ſub pena peccati mortalis · Ōnis ſocietas et carnalis coniunctio viri et mulieris excepta matrimonij lege · Huius namq; oppoſitum aſſerere eſt error contra fidem ·

Prohibetur etiam precepto hoc tam in matrimonialiter coniunctis q̄ in ſolutis omnis luxurioſus attactus membrorum genitalium quo non ſeruatur naturalis ordo inditus a natura · vel non rite copulantur partes ad generationem a natura deputate · Et tanto peccatum hoc grauius eſt · quanto a naturali ordine longius recedit · ſiue inter perſonas ſolutas · ſiue quod crimen aggrauat' coniunctas matrimonialiter · ſiue fuerit huiuſcemodi attactus in ſe vel in alia perſona · aut reſpectu beſtie in altera ſpecie · per turpiſſimam et illicitam complacentiam conſummatus · ſi demq; ſpãliter attactus ipſe innaturalis proueniat a fediſſima viliſſimaqȝ delectatione que mollicies ł pollutio dicitur· Si quis autem in hijs vel aliquibus horum culpabilis eſt· ſufficienter intelligere poteſt q̄d iſti modi generales loquēdi ſignificent· nec enim particularius extra confeſſionem eſt abhominabilis hec immūditia explicanda· ne caſte aures pure et innocentes horum prius ignotorum noticiam acquirant et ſcandalizētur Sunt etiam caſus iſti ēnormium contra naturam peccatorū· prelatis maioribus epiſcopis ſcʒ et ſuis penitenciarijs ad abſoluendum reſeruati· quorum aliqui ſcd̄m leges ignis pena plectuntur· Nec poteſt aliq̄s quotcumqȝ bona et elemoſinas operetur ī eternum ſaluari ſi pudore motus hec peccata reticeat vel adeo celet vt non poſſit confeſſor peccati ſpēm diſtinctius perpendere · Peccati namqȝ perpetratio debuit maiorem pudorē inferre quam eius reuelatio preſertim in confeſſione · Incidit autem homo in horrendū peccatum hoc varijs de cauſis· aliquando quidem ex ſola malicia alterius impellentis · ſicut iuuenes aliqui peruerſi alios innocentes frequenter decipiunt· Alij ex nimio ocio· frequēter ex ſumptione nimia potus aut cibi · potuum preſertim aut ciborum exceſſiue nimis ſupercalefactiuorum· Sepe ex inhoneſtis verbis· aut aſpectibus radicatis aut fixis· Quādoqȝ ex diuturna cogitatione circa carnalem actum vel commixtionez viri et mulieris · aut inordinato appetitu carnalis commixtionis cū tali vel tali perſona Interdum etiam ex perverſa doctrina parentum · ſeruitorum aut ancillarum · ſiue quod magnum facinus eſt magiſtrorum · cum quibus iuuenis aliquis cōuerſatur aut nutritur · vel poſtremo ex ſola peccati malicia · Ceterum propter deteſtandum peccatum hoc olim mudus conſumptus eſt vniuerſali diluuio · et quinqꝫ ciuitates ſodome et gomorre igne celeſti ſuccenſe · vt habitatores earum viui deſcenderent in infernum ·

Propter idem peccatum hoc quod diuinam exclamat vindictam · veniunt ſepius fames · guerre · peſtes · mortalitates · inundaciones aquarum · proditiones regnorum · et alie multiplices clades prout ſcripture teſtantur · Principale vero et efficax contra peccatum hoc et generaliter aduerſus luxuriam remedium eſt ſobrietas victꝰ · malorum vitare conſortia et ocium · malas et noxias cogitationes ſtatim repellere ne figantur ī corde · ex toto conatu cordis preces ad deum · virginem mariam · ſanctos ſanctaſqꝫ dirigere · cognitiones ſuas aliorſum diuertere · et interdum corporalem penam libenter aſſumere · quemadmodum quidaꝫ peritus linguā propriam mordens et temptationem alloquens ſpuendo dicebat · phy · phy · phy ·

horrēda imūdicia· et tū neq̄ſſime demō auſus es mihi hāc illuſionē p̄ſtare· Huius deniqꝫ peccati luxurie plurime ſunt alie ſpecies ſcđm varios hoīꝫ ſtatus· queādmodū carnal' cōmixtio affinū pntū· aut aliorūꝫ religioſoꝝ· Item pſōnatū viduarum· aut virginū cōſtupratio· qn̄qꝫ raptus violentus ex q̄bus infinite clades oriuntur· vt ꝙ perſona aliqua in via perditionis conſtituitur· aut perpetuam incurrat infamiam· vel ſeipſam occidet· aut infantem ex ſtupro natum continuo non baptizatum iugulabit· aut deniqꝫ totus vnus ſtatus aut cōitas infamiam aut ruinam patietur· Sentimus poſtremo huius peccati in ſompno fantaſias et illuſiones· tūc tamē ē peccati piculū· cū q̄s ātea vl' poſt in vigilia· in nocturna fātaſia vl' pollutione delectatur·

Capitulū duodecimum de octauo mādti p̄cepto·

Ctauum preceptum eſt· Non falſū teſtimonium dices· Hoc p̄cepto oē mēdaciū ꝓhibetur illud qđ in alterius perniciē committit'· ꝙ ſi iuramētum interuenerit grauius peccat qꝛ periurus eſt· Nūquam eniꝫ pro ſalute etiā hoīs corporali vel ſpirituali debet quis periurium committere· ſiue coraꝫ iudice ſiue ſeorſū· Periuriū vero quod quis in iudicio publico committit eſt caſus epiſcopo ad ſoluendum reſeruatus ·

Contra preceptū hoc grauiter peccāt qui in cōfeſſione mendaciter peccatū celant · aut aliuz inique accuſant · Inſuper contra preceptū hoc agunt qui delectabiliter nimis adinuentis nouitatibus aut aliorum diffamationibus aures credulas prebent · occaſionem ide peccati aſſumentes · aſſerētes nimia leuitate de proximis mala · Zelotypi preterea vel ſuſpicioſi proximos et actus eorum male et ſiniſtre iudicantes aut interpretantes · adeo vt ex huiuſmodi credulitate falſa · iniuſta bella vel lites ſepius moueātur ·

Decimūtercium capitulum Nonum ambit preceptum ·

Onum p̄ceptū eſt · Non cōcupiſces vxorem proximi tui et cōſimilit̄ nec femina virū cōcupiſcat · Hoc p̄cepto diſtricte ꝓhibetur omnis modꝰ vel geſtꝰ exterior malus · quo trahitur alius vel ſollicitat̄ ad peccatum luxurie · ſiue per internuncium · ſiue per miſſionem litterarum · ſiue per minas violentas ſiue etiam per munera · per promiſſiōes per mendacia · aut fictas adulationes · aut in ſuperfluo veſtimentorum ornatu · aut inordinato aſpectu vel inceſſu · verbis turpibus aūt deniqꝫ attactu quolibet luxurioſo · ſicut frequenter contingit in amplexibus et oſculis · Sciendum eſt namqꝫ ꝙ omnis concupiſcentia carnalis commixtionis preter matrimoniale vinculum · etiam ſolo voluntatis conſenſu plenarie perpetrata · eſt mortale peccatum · vbi carnalis copula minime ſubſequetur · Equidem veriſſima eſt hec regula magiſtralis Omnis completa voluntas ſiue ſit bona ſiue mala pro facto reputatur · Mala voluntas pro facto reputatur · In peccati genere peccare poteſt perſona matrimonialiter altera copulata · quēadmodum et ſoluta vt ſi mulier alterius ꝙ̄ viri ſui carnalem ſocietatem concupiſcat Omnis etiam conſenſus plenarius ac deliberatus · quo quis in turpibus et carnalibꝫ cogitationibus delectatur · vbi etiam deeſt voluntas actū exteriorē perpetrandi · ſecundum plures doctores eſt mortale peccatum · Patet igitur ex premiſſis ꝙ ōnes amplexus oſcula et conſimiles attact⁹ principaliter ex luxurioſis cogitationibus prius enumeratis procedentes ſunt grauia delicta · tantoqꝫ grauiora ſi perſone fuerint affines · aut religioſe · vel eiuſdem ſexus · et quod enormius eſt · ſi in talibus attactibus vel oſculis talis non ſeruetur honeſtas · qualis in publico ſeruaretur ·

Quamobrem ſi quis in premiſſis attactibus vellet alteri vim inferre · deberet alius ex adūſerſo quemadmodum̄ prō vite corporalis tuitione viriliter reſiſtere ſiue verbis ſiue factis· aut validis clamoribus· aut demqꝫ factum tale perſonis ipſiuꝫ in hoc iuuare valentibus et ad hoc aſtrictis reuelando· Alioquin talis quiſquis ille ē n̄ ſinceriter ſuā diligit caſtitatem et honorē·

Capitulum decimum quartum · Decimum declarat preceptum

Decimum preceptum eſt· Non concupiſces rem̄ proximi tui· Hoc eſt alterius cuiuſcumqꝫ· Et intelligitur hic concupiſcentia prohibetur quemadmodum ſupra vt in ſexto precepto de furto et latrocinio explicatum eſt· Prohibet̄ enīꝫ hic concupiſcentia et voluntas mala· cum mala voluntas vt paulum ante dictum eſt pro facto reputatur· Tali namqꝫ cupiditate cadit frequenter homo in inuidiam· et in impacientiam ſui ſtatus· et dei blaſphemiam· apud ſe non recte cogitans bona temporalia ſe iuſtius meruiſſe ꝙ̄ talis ſuus vicinus· quod idcirco deus iniuſtus eſt· et ſibi non niſi fruſtra et inaniter ſeruiendum eſt· ꝙ ſi incommoduꝫ aliquod aut dampnum alteri contigerit· ſtultus ille letat̄ ꝛ gaudet aſſerēs ꝓ ſuis demeritis et occultā malicia hoc eidem accidere. Contra preceptum hoc reductiue peccant. operuz miſericordie tam corporalium quā ſpiritualium ſeu elemoſinarum retentores. veluti pauperibus indigentibus cuz facultas adeſt. ac occurrēte euidente neceſſitate nō ſubueniētes. et ſpecialiter pntes proprios. quos pudēduz eſt mendicare. aut deſerētes ā eſurire ā egere pmittentes. Conſimiliter peccāt q̄ ſeruitoꝝ ſuoꝝ ſalarium vl' lucrum iuſtuz iniuſte retinēt. qui in elemoſinarum pretextu. aut fundatōis eccleſiarum occupant inique aliorum bona dicentes proximos nimis diuites eſſe et eiſdem abuti. nec eis proptēa reſtituenda fore. Condempnat eos namqꝫ approbata pauli regula affirmans non eſſe facienda mala vt inde bona eueniant. Nec quoquomodo per peccatū offendendus eſt deus. eius tranſgrediēdo preceptum qualecunqꝫ bonum inde prouenire ꝯtigerit.

Capl'm quindecimū. oſtendit qualit' in hys decem preceptis velut in mundo quodam ſpeculo facies conſcientiarum noſtrarū debemus inſpicere.

Ec igitur ſunt decem legis precepta diuine ſuperius enarrata. ī quib⁹ q̄ſi ſpeculo quodam polito terſo et mūdo religionis criſtiane veritatem perlegere· et totius vite noſtre ac animaꝝ conſcientiarūqꝫ noſtrarum pulchritudinem atqꝫ feditatem poſſumus diſtincte conſpicere· Hys mediantibꝰ cognoſcit homo vite ſue decurſum· qualiter diuina precepta ſeruauerit quantūqꝫ deuiauerit quibus modis ſecundum varias peccatorum ſpecies deum offenderit· qualis deniqꝫ peccatorum confeſſio habenda ſit· Quod ſi predictorum aliqua a quoquam non bene intelligantur conſulat ſuper hys ſapientes potiſſime ac deuotos viros· Omnis namqꝫ perſona poſtꝙ̄ ad annos diſcretionis peruenerit ſi conſenſu voluntario plenario et deliberato horum alicui preceptorum per contemptum inobediens extiterit· dilectioni dei amorem creature preponendo· extra ſalutis ſtatum efficitur· et in dampnationis periculo ſtatuitur· nec gratum aliquid deo· dignum beatitudine operat̄· Quamꝙ̄ ſi temptationem grauem aut diuturnam ire ſiue luxurie vel alterius peccati quis incidat· ſi ipſa temptatio homini diſpliceat aut eidem homo reſiſtat· vel non plene et deliberate conſentiat· mortaliter non peccet· immo ſepe nullomodo peccat ſed magnum erga deum premium meretur temptationi viriliter reſiſtendo·

Hic iam proſpicere clarum eſt quibus vijs et modis decem hec precepta infringantur ſeptem mortalibus et capitalibꝫ peccatis · que ſūt ſuperbia · inuidia · ira · auaricia ula · luxuria · et accidia · Quinqȝ item exteriorum ſenſuum miniſterio · qui ſunt · viſus · auditus · olfactus · guſtus · et tactus · Sicqȝ quiſquis in hys decem preceptis ſpeculi vite · ſe diligenter intuetur recte ſe conſpicit · ſeqȝ perpēlit et hys obediēs diſcrete ſapit ·

2

Capitulum xvi explicat qualiter triplicem veritatem ore vel corde confitendo · a statu peccati mortalis ad ſtatum gratie reſurgimus ·

Ciens nichilominus noſter miſericordiſſimus pater deus et cognoſcēs noſtram fragilitatem permaximam · et ad malum promitatem · multiplicibus vijs mortali vita durante paratiſſimus eſt nobis delicta remittere et gratiam conferre · ſi dumtaxat veraciter et ex corde ſibi tres ſubſcriptas veritates porrigamus · Prima veritas eſt · Domine ſic vel ſic contra veſtram bonitatem peccaui quod michi diſplicet · ratione cuius et penitentiam ago quia vos offendi · qui totus eſtis venerandus et colendus · quodqȝ mandatū veſtrum trangreſſus ſum · Secunda veritas eſt · Domine bonum habeo propoſitum et deſiderium veſtro iuuamine mediante · michi in futurum precauendi ne incidam in peccatum et occaſiones peccatorum iuxta poſſibilitatem virium euitandi. Tercia veritas eſt. Domine bonam habeo voluntatem peccatorum meorum confeſſionem integraliter faciendi pro loco et tempore ſecundum tuum et ſancte matris eccleſie mandatū et preceptū. Has veritates quiſquis qualicumqꝫ loco et tempore ſincerit̄ non ficte aut mendaciter ex corde pronunciauerit. ſecurus exiſtat ſe in ſalutis et gratie ſtatu conſiſtere. et vitam eternam mereri. quāuis omnia enarrata prius crimina commiſiſſꝫ Si etiam talis abſqꝫ alia confeſſione continuo decederet. in abſentia ſacerdotis. dormiendo. ā alio quouis modo morte ſubita preuentus. idem finaliter ſaluaretur. acerbiſſima purgatorij pena mediante Ex quo notandum et ſalubre conſilium elicitur. vt criſtianus quilibꝫ ſingulis diebus bis aut ſemel ſero et in mane aut ſaltem feſtiuis diebus redeat ad cor ſuuꝫ. conſcientiam examinans. an tres premiſſas veritates proferre valeat cum cordis ſinceritate ſicqꝫ intra ſtatum ſalutis ſe eſſe confidat.

Quod ſi eas pura mente fateri non valet obſtante voluntate peccandi. qua actualiter delectatur. aut iniquo propoſito quo quis occaſiones peccatorum vitare renuit quemadmodum illi qui peccatis canalibus merſi reſurgere nolunt. aut vſuras ſuas aut in iniuſtas mercationes et lucra continuant· vel iniuſte retinent alienum· Quicqꝫ alterius odio vindicte deſiderio flagrantes in nocendi ꝓpoſito perſeuerant· Certiſſime ſcient hij et conſimiles non epiſcopū aut papam tales abſoluē poſſe· q̄q̄ talibus ſalutare conſiliuꝫ detur · vt per ſeipſos vel alios bona q̄ poterint operētur orando vel elemoſinas dando· quo deus eoruꝫ corda illuminet et ad bonum dirigat et conuertat· Nullum eſt enim bonum adeo exiguū qđ nō deus tandē eterna vel tpali mercede remūneret Multoqꝫ meliꝰ eſt tpale bonum et minimū q̄ ōmino nullū ꝓmereri· Saluberrimū ē etiam laudabilē cōſuetudinē illeſā ſeruare· ne eā ſemel diſſoluendo nunq̄ ineternum forte reſumat·

Capitulum xvij oſtendit quis ſit confeſſionis modus et dat circa hoc vnum breue documentum·

Vocienſcūqꝫ accedit homo ad cōfeſſionē pccōꝝ explanandā· hoc ē de neceſſitate ſemel in āno circa ſolēpnitatem paſchalē· aut cū mortis immet ꝑiculū· aut in ſacramētoꝝ ſuſceptione Ad frequētiorē enī cōfeſſionē regularit̄ nō tenemur quāq̄ ſepiꝰ cōfiteri multū ꝓdeſt ad augmētū g̃tie· et diſtinctiorē cognicōeꝫ· et explicacōeꝫ pccōrū· debet p̄meditata cōfeſſurus quid aut̄ in quo deliq̄rit cū examine diligēti ɔſciētiā diſcutiēs · ac ſi magnū inde t̄pale bonū reportaret̄ · Accuſet ſe poſtmodū pcc̄oꝛ hūilit̄ nō irriſorie · veracit̄ nō ficte · vituperādo ſe nō laudādo ꝛ puꝛ̄ recte atꝫ ſincerit̄ · facta īpertinētia dimittendo · diſcrete inſup vt nō reuelent̄ hȳ quos cōſortes et ſocios habuit in peccato · De hȳs enī cōfeſſoꝛ inquirens grauit̄ etiā peccaret · niſi forſan ſodales huiꝰmodi cauſa petēdi cōſilȳ ad eoꝝ pellendaꝫ violentiā cōfitēs detegeret · aut fortaſſis ad explicandaꝫ pcc̄ī ſpēm neceſſitas eos manifeſtāi poſceret · vt ſi quis cū ſola ſorore carnalit̄ commixtus fuerit · in quo caſu querēdus eēt confeſſoꝛ ꝑſonā in confeſſione detectā ignorans ·

Super caſibus aūt ad abſoluēdū epō reſeruatis aut ſupioꝝ · remittat ſacerdos inferioꝛ cōfitentem ad prelatum vel ſuperiorem eum potentem abſoluere · niſi forſitan confitenti moꝛtis periculum immineret · aut magnum aliq̄d ſcandalum ex hoc oboriri · vel peccati reuelationem ſequi coniectura probabili formidetur ·

Hoc vero pro regula certa et documento ſalubri teneatur vt nunquam pro peccato ſecreto vel occulto penitentia publica penitentibus iniungatur · nec penitentia imponatur · quam nequeant · aut nolint ſufferre · Non debet rurſus confitens iniunctā ſibi penitētiā facilit̄ reuelare · quo contingit iterādū peccatū ſuum prodi· aut confeſſoris dicta aut interrogata nimia leuitate detegere Nec enim omnia ſecrete confeſſionis integritatē decernunt· niſi quod abſit confeſſor penitētem ad malum aliquod hortaretur Eſt ꝓpterea vtile et efficax remedium diligentius retinēdum ab hijs qui peruerſa inclinatione vel conſuetudine incidūt in aliquod enorme peccatum a quo non de facili retrahūtur· ꝙ ſcilicet ſeipſos ad penam aliquam pecuniariam vel aliam vſq; ad certū tēpus prefixum cū certo rationis moderamine conſtringant· quocienſcumq; in id peccatum incidere cōtigerit· Dicunt namq; ſepius inſipientes aliqui ſe a peccato ire· luxurie· periurij· et ſi quod eſt ſimile abſtinere non poſſe· qui tamen hoc ipſo ſalubri remedio velut mendaces facilime confutantur cum vnius albi vel franci in emenda cuiuſlibet tranſgreſſionis eis inflicta pena ipſos a perpetratione iniuſti operis retraheret· Vnde manifeſte conuincitur eos diuini precepti et proprie ſalutis intuitu· a conſuetis vicijs abſtinere poſſe· niſi ſiccam et peruerſam haberent voluntatem· et tales velut fatui veritati non credunt nec obediunt quouſq; ſupplicia luant· et delictorū ſuorum ſeram et infructuoſam penitentiam agant· Fitq; iuſto dei iudicio qui penitere de commiſſis cū poſſunt nō volūt· cū velint nequeant·

Capitulum decimumoctauum concludit non eſſe quemq̄ ab alio ad peccatum impellendum· ſed ad bōnum poci⁹ operādum

Oſtremo quicquid agat homo in perſona ſua· ſupreme caueat alium ad male agendum ſollicitare· aut verbis aut factis· exemplis vel conſiliis aliquid agere quod de ſe ſit occaſio ruine peccati· ſpecialiter coram iuuenibus aut perſonis innocentibus· Hoc enim proprium eſt ſingulare q̄ demonum officium· quemadmodum bonorum angelorum intereſt ſpecialiter homines inducere ad bonum· Compertum eſt etiam frequenter accidere· q̄ homines alioꝝ ad malum impulſores vix aut nunq̄ delicti ſui condignam penitentiam aſſecurantem perficiant· quia nequeunt eos corrigere ad bonū quos deceperunt· iam forte dampnati ſunt vīdictam a deo poſtulantes eternamq̄ eis maledictionem iugiter imprecantes· Sicuti ex oppoſito iam ſaluati aliorum doctrinis et factis aut opera diligenti· qua nullum deo opus ac ſacrificium acceptius eſſe poteſt· et ad peccata delendum validius pro ſuis adiutoribus p̄ces indeficienter effundunt· Curet etiam propterea fidelium quis· iuxta cognitionis et virtutis a deo ſibi conceſſarum facultatem in monitionibus et exemplis alium ad bene agēdum incitare · pater filium · doctor diſcipuluꝫ · et ſapiens inſtruat ignorantē · Regemus tñ pro mutua pace et vnanimi inuicem caritate quo poſt mortem corporis huius perhennis beatitudinis participes ſimꝰ · quam nobis concedat deus vnus eſſencialiter et perſonaliter trinus qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum · Amen ·

Sequitur examinatio conſcientie ·

Viſquis a morte peccati ad ſalutis et gratie ſtatum volet reſurgere · q̄qꝫ vt actus ſui et intentiones ad vitam eternam vtiles ſint et meritorie · neceſſe eſt ꝙ delicta ſua recogitet et cognoſcat · dolens de commiſſis · atqꝫ ꝓponat auxiliante deo a peccato mortali ſe precauere et abſtinere in futurum · firmum preterea ac ſincerum propoſitum habeat competentibus loco et tempore peccata ſua ſaltem mortalia diſtincte et integraliter confiteri · Quod vt commodius fiat · priuſq̄ confitens crimina ſua reuelaturus accedat · ipē circa ea matura moroſaqꝫ diligentia premeditari tenetur · quaſi magnum aliquod emolumentum inde reportare ſe crederet· vt complete magis ipſa confeſſori ſuo ac lucidius exprimat· Quia vero plurimi ſimplicium ob negligentiam aut ignorantiaʒ nō excuſantem ſed potius accuſantē· modos ꝛ ſpēs nēſciunt peccatorū: p̄ns confecta eſt tabula· quā inſpicientes confeſſuri· cogitatōe p̄uia inſtructi ſufficienter ad ſalutem poterunt ſua peccata cognoſcere memoriterqꝫ tenere· et cōfeſſoribus vtiliter reſerare· Procedit autem tabula ſecundum numerum et ordinem peccatorum mortalium· que ſūt ſup̄bia· inuidia· ira auaricia· acedia· luxuria· gula· Confeſſurus ergo tuam primitus conſcientiā examinās int̄roga te· circa peccatū ſuperbie· Si vanam tui laudem et propriam excellentiam queſiuiſti ꝗ optaſti propter bōna fortuita et caduca· diuitias ſcilicet aurum et argentum terrēnaſqꝫ poſſeſſiones· aut propter naturalia bōna ſcilicet corporis pulcritudinem fortitudinem· iuuentutem et ſimilia· ſeu etiam ratione gratuitorum donorum ſicut eſt dei cognitio vel affectꝰ deuotio· Si alios contempſiſti propter alicuius horum bonorum precedentium defectū·

Si aliqua opera feciſti vt inde mundanam laudem acciperes· vel vt alij te meliorem quā ipſe ſis reputarent· et multomagis ſi hoc feciſti pretextu ypocriſis ficte· quam vt alijs eſſes exemplar in bonum· vel eos a malo retraheres· Si nimium pertinaciter inniſus eſ̃ opinioni proprie. vel credulitati · alterius conſilium contempnendo · ſpecialiter in materia fidei et criſtiane religionis Ex hac enim radice pullulant hereſes. ſortilegia et falſe credulitates · Si per iactantiam aut inanem gloriam opera tua bona recitaſti · vel te alijs preſentibus inculpaſti vt ob hoc humilis et deuotus crederēris · Si gloriatus es corde aut ore de malo · vt ꝙ alium defraudaſti · vel ei iniuriam intuliſti · quodqꝫ per te et tuos complices ad male agendum potens fuiſti · Si ſuperioribus tuis inobediens extitiſti · et eos contempſiſti · precipue carnales parentes et ſpirituales · Si intra confeſſionem mentitus es : peccatum tuum · aut eius ſpeciem mūdano pudore celando · talis enim confeſſio inutilis eſt · ſed et nouum crimen incurris · Si peccatoꝝ tuorum excuſationes queſiuiſti · aut minuiſti culpam tuam · ſocijs aut complicibus imponēdo · Si te per inobedientiam et contemptum excōicari permiſiſti · aut leuiter nimis excōicatis ꝑticipaſti · Si in iudicio publico vel alibi ob pudorem veritatis reuelande periurium cōmiſiſti · Si a bonis operibus aut verbis abſtinuiſti propter obloquēcium quorundam fatuoꝝ timorem · Si indignando contempſiſti peccatōes pauperes ignorantes · impotentes · aut infirmos · eos precipue qui tibi genere propinqui ſunt . aut ſi eoſdem irriſiſti · Si ſignis aut ver bis cōtemſiſti eos qui ſtudent deuotioni. Si p̄ſūptione motus aggreſſ9 es ardua ſciam tuam aut potentiā excedēcia · aut tuo ſtatui aut ſtudio indecēcia ·

Circa peccatū Inuidie ·

I de alterius incōmodo letatus es cū ei infortuniū aliquod cōtigerit · aut ſi diffamacōnē ſeu p̄ſecucōez incurrerit Si de bonis alterius doluiſti · quia bene famatus bonus pulcher ſapiens eloquēs deuctus aut religioſus exiſtat · Si malū alteri preoptaſti i l' bonam famā ipſi9 minoraſti verbis iniquis de eo publice vl' ſecrete manifeſte aut fraudulenter prolatis · eius verba aut opera ſiniſtre iudicando aut in peiorem ptem frequent̄ int̄pretando ·

Circa peccatū Ire ·

I diu cum conſenſu irā contra ꝓximū tenuiſti cum deſiderio vindicte vl' appetitu nocendi per te vl' aliū verb' aut factis · Si ira vel odio contra quemcumq; cōtumelias protuliſti aut in rebus nocumentum prebuiſti vel irruiſti · ſi cum percuſſiſti vulneraſti occidiſti · Et attendatur diligenter an leſus ſacerdos aut clericus extiterit · rc̄ ·

Si a leſis a te vel iniuriam paſſis veniam petere renuiſti cum preſertim equales tibi forent · aut in nullo ſubiecti · Si arma inuaſiua ad nocendum tuliſti · Si alteri mortem ſiue leſionem illicite minatus es etiam appoſito iuramento · Si ſecretum alienum reuelaſti · Si humiliter a te veniam petētibus indulgētiam denegaſti Si motus ira iuraſti nequit̄ ł periurium cōmiſiſti · ſi deum blaſphemaſti ludum alearum ā aliū exercēdo · Si odio vł rācore potius ꝙ̄ iuſticie zelo placitatōibus vł litibus alium vexaſti Si alteri maledixiſti p̄ſertim pn̄tib⁹ aut ꝓpinquis ·

Circa peccatum Auaricie ·

Si alio neſciente vel nolente retines illud qd eſt ſuū · Si furtū rei ſacre aut eccāſtice vł alterius cui⁹cūqꝫ intra ecclesiā vł locū ſacratū cōmiſiſti · Si cōtra deū ingratus indignaris ꝙ nō tibi ſicut et ceteris ꝑuenerīt diuitie nec ad votū proſpere ſuccedūt omnia · ſi ob hoc immemor dei beneficiorum ſibi ſeruire contēpnis · Si communia bona dominorū vel parentum laute nimis in vſus propꝛos conſumpſiſti aut mercennariorum et ſeruitorum iuſtum lucrum non eiſdem tribuiſti · Si falſas et iniuſtas mercaturas exercuiſti et modum inquiras · Si falſo et mendaci artificio vſus es · modum quere · Si ſymoniam in te vel in alio perpetraſti · Si cōmutatōe vſuraria cum alio contraxiſti · aduertatur modus · Si ſine lucro periurus fuiſti · ſi ludis prohibitis vt eſt taxillorum ludus auaricia motus te immiſcuiſti · Si feſtiuis diebus ſpe lucri manualem laborem aut mercationem per te vl' per alium fieri conſenſiſti · Si commiſſa tibi in teſtamento vel aliter legata vel eleſimoſinas perficere et diſtribuere neglexiſti · Si opera miſericordie et elemoſinas occurrentē neceſſitate oblationes et decimas ſoluere contempſiſti Si ficta adulatione vel intentione pecunias extorquendi · alium decepiſti aut etiam irriſiſti · Si parentum vel mariti bona eis inſcijs abſtuliſti · Si proprias et alienas poſſeſſiones inutiliter conſumpſiſti Si alieni dampni cauſā vel occaſio voluntarie et gaudenter extitiſti vt lucruꝫ inde vel commodum reportares · vt exempli gratia ſi inter duos rixam moues et ex eorum mutua lite aut verbere vel occaſiōe emendam iudiciariam aut patrocinij lucrum feras · Si famem aut peſtilentiam optas vt per eam diteris · aut de parentum morte gaudes · vt ſuam hereditatem accipias · aut ſi periuras aut alium ad periurandum impellis vendendo et emendo · Si in artificio quocunqꝫ inutiles adinuenis nouitates vt ditatus habundes ·

Circa peccatum · Accidie ·

Si miſſam et horās vel aliud diuinum officium ſeu ſeruicium omiſiſti celebrarē ad quē dicenda tenebaris· Si in feſtis ſpecialiter ab eccleſia obſeruari preceptis· aut alias per triſticiam negligentiam vanitatem aut ocium· eccleſiaſticum officium· predicationes et ſermones audire contempſiſti. Si conceſſum tempus diebus preſertim feſtiuis in verbis aut factis ocioſis inutilit̄ cōſūpſiſti aut eccleſiaſticum officium ſermonib9 garrulis turbaſti· Si idem preſtitum tempus exceſſiue dormiendo in lecto tuo demorando· vl̄ aliter male occupaſti· Si per negligentiam aut incuriam ſanctas habere meditatiōes mortis iudiciorum et beneficiorum dei erga te pretermiſiſti Si pro benefactoribus tuis viuis et defunctis preces fundere neglexiſti· Si commiſſorum tuorum regimini et curē non recte ſollicitus extitiſti· Si negligenter de peccatis contritus es aut confeſſus vel ante confeſſionem circa peccata tua premeditationem habere noluiſti· Si peccatorum tuorum oblit9 es vel iniunctam penitentiam minus debite ꝑfeciſti· Si quelibet vota vel promiſſa infringendo tranſgreſſus es · et attendatur modus· Si deniqȝ preceptorum eccleſie fuiſti tranſgreſſor· et ſi publicam eukariſtie ſumptionem vel aliorum ſacramentorum ſuſceptionem diſtuliſti· Si non recte ipſa ſacramē ta recepiſti· ſcilicet non premiſſa debita integrali confeſſione·

Circa peccatum Luxurie·

J moroſas cogitationes circa carnalē actum cum complacencia et delectatione nociua in corde tenuiſti· ſi cogitationibus talibus carnalibus vel aſpectibus aut verbis aut ſignis aliquibus motum carnis excitaſti nec eidem ſufficienter reſtitiſti Si huius peccati occaſiones non fugiſti aut quod deterius eſt eaſdem procuraſti· Si per tales temptationes vel motus in luxurioſum conſenſum cecidiſti affectando exterius opus ſi poſſes vel auderes perficere· Si attactum aliquem inhoneſtum vel pruritum in membris pudendis exercuiſti ex quo carnalis delectatō ſecuta ſit et modus diligenter aduertatur· Si talium peccatorum erga alios cauſa · vel ruine occaſio fueris· verbis· oſculis· amplexibus· aut alijs ſignis vel forte picturis et figurationibus inhoneſtis· Si dormiendo hanc carnalem delectationem vel pollutionem ĩcurriſti· Si cum alia perſona carnalem commixtionem incidiſti· et attendatur cuius gradus vel conditionis foret perſona · an vxorata altera· aut virgo· ſi genere propinqua et in quo gradu· ſi ſanctimonialis religioſa · aut in ſacris ordinibus conſtituta· ſi tibi conſenſit aut ei violentiam intuliſti· Si denique eiuſdem tecum ſexus aut alterius erat et exprimatur modus Si luxurie peccatum opere conſummaſti alio ordine quam natura dictauerit· Si matrimonij legittimam honeſtatem non obſeruaſti ratione operis in ſe vel circumſtantiarum que magis in confeſſione certis ſunt interrogationibus cognoſcende quam verbis vel ſcripturis quibuſlibet in publico reſerande· Si diebus feſtiuis minoribus aut minus ſolempnibus talia peccata perpetraſti aut forſan in ſacratis locis· Si abortiuum procreaſti aut ſi fetum ex vtero naſci impediuiſti aut ob ſtricturam veſtimentorum aut agitationem corporis immoderatam· vel choreis vel alijs pluribus inuſitatioribus modis· Si diſſolutis aut inhoneſtis aſpectibus et choreis et geſtibus incompoſitis vel innata pulchritudine aut fuco mendaciter colorata· vel denique veſtimentis ſuperfluis alios ad malum allicere voluiſti aut te concupiſci ab eiſdem affectari· Si tibi matrimonialiter coniuncte perſone carnalis copule debitum infirmitate aut alio legittimo impedimento ceſſante denegaſti· et cetera·

Circa peccatum Gule·

I ieiunia ab eccleſia obſeruata mādata tranſgreſſus es · ceſſante infirmitate · impotentia · vel alia rationabili cauſa · Si ex nimia cibi vel potus ſumptione · ebetatem · luxuriam · diſſenſiones · aut corporis īfirmitatem incurriſti · Si ob eandem cauſā ſtudium · laborem · mercationem · vel aliud opus ad quod agendum ipſe tenebaris omiſiſti · Si per nimios ſumptus in potibus et cibis te vel tuos heredes indigere aut mendicare coegiſti · Si deniqꝫ nimis auide aut habundanter cibum ſumpſiſti · vel delicata fercula curioſe p̄paraſti · aut horam comedendi preueniſti · ſic ꝙ ex hoc preceptum aliquod dei vel eccleſie ſolueretur · vel grande aliquod corporis incommodum ſequeretur · Per hec autem ōmnia que de ſeptem peccatis mortalibus iam explicata ſunt · poteſt homo cognoſcere quibus modis quinqꝫ ſenſuum exteriorum miniſterio contra decem legis precepta · contra miſericordie opera et duodecim noſtre fidei articulos deliquerit · vt non ſit opus hec poſteriora prioribus addere niſi quis enumeratis prioribus ſpecialiora et particulariora adiungere voluerit ·

Ad plenariuꝫ aūt precedētium ītellectū vt agnoſcatur qualiter rite ſit facienda ꝯfeſſio · notāda ſunt aliqua ·

Rimo ꝙ de cōi regula est · et ecc̄ie precepto tenetur quilibet ad min⁹ semel in anno circa pascha peccata sua confiteri · cum etiā eukaristiā aut aliud sacramentum suscipere intendit · tūc etiā cū mortis imminet periculū. Cū p̄terea ipse qui peccatorez absoluere potest adest · cuius p̄sentia nūq̄ ī posterū haberi formidatur · quāuis sepius confiteri prosit · quater videlicet annuatim · vl' mensi singulis aut quolibet solempni festo iuxta ꝑsone facultatem et statum · Secundo ꝙ confessio in loco patenti vl' publico fieri debet · ne occasione secreti loci et pretextu deuotionis impellat dyabolus ad malas cogitationes · et iniqua verba vel opera · nūq̄ etiam confessor confitentꝭs vultum aspiciat Tercio ꝙ multa sunt crimina a quibus peccatorez sacerdos simplex absoluere non potest · nisi penitentiarius fuerit · aut a prelato superiori p̄testatē acceperit · quemadmodum sortilegium · quod aliquando per abusum sacrarum rerum cōmittitur. aut ex aliȷs rebus friuole causa querit̄ que non est causa intēti effect⁹: ꝙ ꝑ res sacras ɔmittitur sacrilegium · quod ē furtū rei sacre vel intra locum sacrū ꝑcussio violēta sacerdotis vl' clerici · Simonia · heresis · ceteraqꝫ crimina quib⁹ eo facto excōmunicationis sententiā incurrūt delinquētes · homicidium percussio patris aut matris · periurium in iudicio publico commiſſum·adulterium ſignanter ſtotoriū mulierum raptus violentus·defloratõ virginū conſtupratio ſanctimonialiū· et inceſtus cum conſanguineis intra quartū gradum: vōtoꝝ fractio· oppreſſio paruulorum infantium ob negligentem cuſtodiam· peccatum item turpiſſimum et abhominabile quod contra naturam dicitur·ſiue in propria perſona permolliciem perpetratum ſit·ſiue in alio cōmiſſum qui eiuſdem ſexus exiſtit·vł in perſona alterius ſexus ſi fiat in alijs membris ꝙ natura ad generationem deputauerit·vel ſi deniqꝫ in alia ſpecie admiſſum ſit· Talia namqꝫ crimina grauiora ſunt ꝙ ſit eſus carnium in ſacroſancto die veneris·vnde et de eis tenetur peccator expreſſe confiteri·ſub pēna eterne dampnationis· Quarto ꝙ perſona confitens debet habēre voluntarium propoſitum omīa peccata ſua iuxta vires integraliter explicandi et ad intͤrogata veritatē ſine mēdacio reſpōdere ad ſui accuſationem vł excuſationē· Itē celare etiaȝ debet peccm̄ alteriꝰ·niſi fortaſſis alit̄ ſuū peccatū reuelare nō poſſit·niſi ꝑſonā talē ad ſuum cōmodū ſpūale cōfeſſori detegeret abſqꝫ p̄iudicio cuiuſcumqꝫ· Quod ſi prelatus ſuperior vł penitentiarius non ſingula peccata cōfitentis integralit̄ ſed ſolos caſus reſeruatos audirē voluerit·reſeruet peccator alia delicta minori ſacerdoti poteſtatē ſuper hijs habenti confitenda

Quinto ꝙ nullus iniunctam penitentiam recipere debet niſi quam perficere voluerit· quam et celare tenetur vna cum alijs confeſſori prolatis aut interrogatis· niſi forſan qđ abſit idem confeſſor confitentem verbis aliquibus ad malum inducere interetur Sexto ꝙ ſi grande quid alicui reſtituendū ſit· et is ignoretur cui debeat reſtitui· vł etiam ſi votoruꝫ cōmutatio aut relaxatio faciēda ſit· conſulat̄ p̄latus ſupior· vł alius horum ptātē habens nō aūt ſacerdos inferior Septimo ꝙ ſup̄ pcīs i generali ſupius numeratis ſi caſus ſpeciales occurrerāt vł numerus delictoꝝ· tenetur hoc cōfitēs explicare tūc· preſertim qū pticularitas caſus· vel numerus ſpecialē haberet annexam maliciā mortalē· vt cum quis decem frācos abſtulit paupi· vxorem et filios habenti vł in loco ſacro· grauius peccatum eſt ꝙ̄ furtum p̄caſe in generali omiſiſſe· Et pariformit̄ in alijs caſibus pticularitas exprimatur· ꝓut ꝯfitēs meminerit ſcđm beneplacitū cōfeſſoris· obmiſſis circūſtancijs alijs ad peccati grauitatē iptinētibus· Octauo ꝙ ſi perſona ꝯfitens in peccādi ꝓpoſito perſeuerat· vł de nouo peccatum iterare diſpoſuit· aut ꝙ ablatū alteri ſcđm facultatem ſuam non vult dimittere vel reſtituē· aut ꝙ a carnali peccato luxurie recuſat abſtinere· vel ꝙ nocendi iniquum ꝓpoſitū retinet nullus hanc perſonaꝫ a peccatis ꝯfeſſis poteſt aut debet absoluerē· quamq̄ tali persone salubriter consulatur· vt bona que poterit interim perficiat· quatenus eam deus in viam rectam dignetur illustrare· Nono notetur ꝙ peccatum quodlibet tantō peius ac deterius est· quanto pluribus intulit nocumentum·

Propter ea si quis fuerit alterius ruine causa et occasio· vt innocentes presertim iuuenes aut puellas· suo consilio hortatu vel alio quouis modo sollicitando ad peccatum· agat huꝰ rei districtam penitentiam· et procuret deceptorum a se correctionem aut emendationem totis viribus procurando· et ꝑ se et alios eos ad viam veritatis et sanam doctrinam reducendo· In hoc enim consistit portio principal' sue satisfactionis et penitentie· Decimo ꝙ si quis post conscientie sue examinationem diligentem· ipse peccatorum quorundam etiā mortalium a se commissorum non reminiscatur· tunc per solam generalem confessionem de ipsis absq̧ alia speciali saluabitur si tamen ea prius oblita postmodū ad memoriā redierint ea spāliter certis tempore et loco cōfiteri tenetur· Qua in re periculosū est cōmissoꝝ a se delictoꝝ mortaliū ꝑ negligētiā atq̧ desidiā imēorem fieri·

Abſolutio·

Orma abſolutõis ſuffiaẽs et reqͥſita ꝓ pcc̃is de quib⁹ cõfeſſor itẽdit et pt abſoluẽ ↄfitẽtẽ Ego abſoluo te a pcc̃is tuis Jn noĩe pr̄is et filij et ſpũs ſcĩ· Amẽ Et ſi cõfeſſio de excõicatõe tm̄mõ· fiat dicat̄ Ego abſoluo te ab excõicatõe tua Jn noĩe pr̄is et filij et ſpũs ſcĩ Amẽ· Et ſi cũ hoc fiat abſoluc̃o de peccato ꝓpt̄ qd lata ẽ excõicac̃o l̄ de alijs addat̄ forma p̄or Additões qdã añe ↄdicõales q̃ iuolute ta⁹ dimittũt·

Tercia ps hui⁹ opuſculi de ſciã mortis

J veraces fideleſqʒ amici cuiuſpiam egroti curã diligẽci⁹ agãt· ꝓ ipſi⁹ vita corpali fragili· et defectibili cõſuãda exigũt a nob̄ multo forti⁹ de⁹ ac caritas ꝓ ſalute ſua ſpũali ſollicitudinẽ gerẽ ſpãlem Jn hac enim extrema mortis neceſſitate fidel' ꝓbatur amicus Quippe nullũ ẽ op⁹ miſcdie maius ſiue tẽmodoſi⁹· qd et tanti apud deũ merito· et amplioris frequenter eſtimatur· queadmodũ ꝑſone noſtri ſaluatoris ihũ xpi ſi ĩ t̃ris nobiſcũ degeret· impenſũ ſeruiciũ corporale· Quam obrem cura fuit preſenti ſcͥpto cõponẽ breueʒ quedã exhortationis modũ habẽdum circa eos qui ſũt in mortis articulo cõſtituti· valentem etiam generalit̃ oĩbus catholicis ad arteʒ et noticiam bene moriẽdi acquirendã· Continet at̃ opuſculū hōc breue q̄tuor ꝑticulas · ſcʒ exhortatões · interrogatões · orationes · et obſeruationes ·

Prima pars continet quatuor exhortationes ·

Prima exhortatio ē Amice dilecte aut dilecta · cõſidera nos oēs ſubiectos eē potēti manui dei · ⁊ ipſi⁹ voluntati oēs nos cui⁹cūq; cõditionis aut ſtatus reges principes diuites et pauperes · mortis tributū ſoluere neceſſe eſt · Venim⁹ in mundū peregrinorū more · vt ex eo tranſeam⁹ · non vt mãſionē in eo ſtabiliam⁹ · quin poti⁹ vt hic bene et meritorie viuentes et deo ſeruientes · horribiles inferni penas euitemus · et gl'am eternā habea⁹ Recognoſce diligēter cum gratiaꝝ actione a deo tibi conceſſa beneficia · q̄ᵈ etiam tibi in hac extrema hora ſui cognitionem dederit · nec te morte ſubita preoccupauerit · gratias pro hijs et alijs innumeris donis nunc eidem refer · ad ſuam infinitam miſericordiam confugiens · et cõmiſſis a te criminib⁹ veniā humiliter poſcēs Sollicite cogita te in vita tua plurima delicta perpetraſſe quibus penā ferre meruiſti · vnde et hui⁹ infirmitatis et mortis penas paciēt tollerare dēs · rogās deū vt pn̄tis doloris ac̄bitas remiſſionē opet̄ peccõꝝ · ⁊ purgatorij horribil' cruciatus in hanc afflictionem tuam per ſuam miſericordiam commutetur· Tollerabilius eſt namq̧ hic preſencialiter q̄ in futuro puniri· quod ſi ſis corde contrito paciens penam neceſſariam tamq̄ voluntariam feres et omnem penam et culpam remittet deus· certuſq̧ paradiſum introibis· alioquī per impacientiam ēternam penam et dampnationem incurres·

Super omnia in hac extrema hora conſtitutꝰ meditare circa tuam ſpiritualem ſalutem: nū q̄ enim fortaſſis in futurum huius meditationis occurret oportunitas· omnem aliam ſollicitudinem et rerum terrenarum curam relinque· quas relinqui neceſſe eſt· que etiā nec ab inferni precipitio corruentem eripere valent· plena fide te deo committe et ei qui ōmipotens bonus et ſapiens eſt te tua et tuorum regenda prebe· Omnem preterea cogitatum tuum in eum dirige· aſtantes ſolummodo et ſuperſtites rogans· vt pro ſalute tua deum precibus exorent·

Sc̄da p̄ticula ſex habet īterrogatōes·

Jlecte aut dilecta· vis tu mori et viuere in ſoliditate fidei criſtiane reſpectu dei et domini noſtri iheſu criſti tamq̄ verus fidelis et obediens ſancte matris eccleſie filius· Reſpondeat· volo· Petis a deo veniam peccatorum tuorum commiſſorum et omiſſorum que contra eiuſdem amorem · maieſtatem · atqꝫ bonitateꝫ egeris · Nec eum prout debebas honoraſti · reſpondeat · peto · Habes ne ſincerum propoſitum et explicitam volūtatem vitam tuam in melius commutare atqꝫ corrigere · ſi vita comes ſuperfuerit · rogas etiaꝫ deum vt tibi gratiam preſtet hoc ꝓpoſitum continuandi veramqꝫ contritionem habendi · Es tu conſcius tibiipſi alicuius peccati mortalis vľ criminis de quo non ſis confeſſus · Optas ne etiam cor tuum illuminari ad oblitoꝝ criminum ſi que ſint habendam noticiam · et ſi tu ſcires libenter confitereris ea · Vis ablata per te reſtitui integraliter quantum ad id teneris iuxta tuarum facultatum valorem etiam vſqꝫ ad omnium bonorum tuorum ceſſionem et renunciationem · vbi alias ſatiſfactio fieri non valeret · et coram deo et hominibus veniam iniurie petis · Indulges ex corde omnibus qui tibi nocumētum ītulerunt ob venerationem et amorē domini nr̄i iheſu xpi · a quo et veniā ſperas · petis ſimilit̄ īdulgeri tibi et remitti ab hys quos v̄bis aut factis leſiſti · Ad has oēs p̄miſſas interrogationes affirmatiue reſpondeat · volo ·

Tercia p̄ticula breues miſtrat ordēs

Vltimō dicat ĩfirmus ex corde deum orans· Deus meus pyſſime pater·

Miſerere mei deus meus pyſſime pater· In manus tuas commendo ſpiritum meum· pater miſericordiarum miſericordiam fac huic paupercule creature tue· Adiuua me nunc etiam in hac vltima neceſſitate· Succurre iam anime egenti et deſolate· vt non a malignis ſpiritibus captiuetur· et a canibus infernalibus deuoretur· Dulciſſime ihesu ob honorem et virtutem tue benedictiſſime paſſionis iube me recipi intra numerum electoꝝ tuorum· Saluator meus et redemptor meus· reddo me totū tibi nō me renuas ad te venio non me repellas Domine paradyſum tuum poſtulo non ob valorem meorum meritorum ſed in v̓tute et efficacia tue benedictiſſime paſſionis per quam me miſerum redimere voluiſti et michi paradyſum precio tui ſanguinis emere dignatus es ipſum michi conferre feſtina propter quem nec tue diuicie aut potencia minuentur nec ipſe paradyſus anguſtior aut minor inuenitur· Salutet poſtmodum beatiſſimam virginem mariam dicens· Regina celorum mater miſericordie confugium peccatorum reconſilia me vnigenito filio tuo· eius clemenciam pro me indigno peccatore interpella vt ob amoreꝫ tuu mea remittat crimina perducens in gloriam ſuam · Angelos de hinc precibus inuitet inquiens Spiritus celorum angeli beatiſſimi aſſiſtite queſo michi migranti ex hoc ſeculo et potenter eripite me ab omnibus aduerſariorum inſidijs et animam meam in veſtrum conſorcium aſſumite. Tu p̄cipue angele bone cuſtos meus. Poſt hec inquiratur ab infirmo cui ſanctorum vel ſanctarum magis deuotus extiterat vt illi precem offerat dicendo O glorioſiſſime ſancte vel ſancta ſingularem in te dum viuerem ſpem et confidenciam repoſui ſuccurre nunc michi in hoc extremo neceſſitatis articulo labꝛāti nūc ãxioꝛ ſupra modū. tp̄us nūc inſtat et hora. iā in adiutoriū meū intēde.

Quarta p̄s quaſdā obſuatōes edocꝫ vt ſciāt q̄lis predictoꝝ vſus habēdꝰ ſit.

SI paciens nondum eukariſtiam aut extremam vnctionem ſuſceperat. interrogetur an eadem ſacramenta deuote paratus eſt recipere. Si etiam ſuper interrogationibus premiſſis veriſimiliter appareant reſponſiones pacientis exiſtere. remedium apponatur quantum id commodius fieri poterit vel per miniſtrationem ſacramentorum confeſſionis. eukariſtie. aut extreme vnctionis vel ſaltem manifeſtando periculum quod incurrat non plene ſatiſfaciendo peticionibus ſuper fide ſua et ſalute conſcientie prolatis. Moneaturq̧ vt decedat tanq̄ verus et fidelis criſtianus. Attendatur ſi infirmus ipſe excōmunicationis vinculo aſtrictus teneatur et propterea ſubmittat ſe totis viribus ordinatōni ſancte matris eccleſie vt abſoluatur. Si moriturus prolixum temporis ſpacium ad ſuam recollectionem habeat. ne morte feſtina p̄ueniatur legende forent coram eo ab aſtātibꝰ hiſtorie et orationes deuote. in quibus ſanus et viuens amplius delectabatur. vel recenſenda eſſent diuina precepta vt profundius meditetur ſi quid aduerſus ea negligēter oblitū deliquerit vel preſens coram eo inſtructio recitetur. Si patiens vſum loquendi perdiderit habet tamen ſanam et integram noticiam ad interrogationes ſibi factas vel orationes coram eo recitatas ſigno aliquo exteriori vel ſolo cordis conſenſu reſpondeat. hoc enim ſufficit ipſi infirmo ad ſalutem. Preſentet̄ infirmo ymago crucifixi vel alterius ſancti quem ſanus et incolumis ſpecialiter venerabatur Si non omnia premiſſa dici breuitas ſinat preponende ſunt orationes. illa preſertim que ſaluatori noſtro iheſu criſto dirigitur Nullatenꝰ ā minime ſi fieri poſſit morienti amici carnales. vxor̄. liberi. vel diuicie. ad memoriam reducantur niſi inquantū id exigit patientis ſpiritualis ſanitas et dum alias conuenienter omitti nequit· Non detur infirmo nimia ſpes corporal' ſalutis ꝯſequēde· ingeratur potius eidem prima monitio ſupi9 explicata· Sepe nancꝫ per vnam talem īanem et falſam conſolationem et incertam ſanitatis corporee confidentiam certam incurrit homo dampnationem· Quinymo hortandus eſt patiens vt per contritionem· et confeſſionez anime ſanitatem ꝓcuret qđ et ad ſalutem corporis ſi ſibi fuerit expediens valere poterit et inde ſecurior atqꝫ q̄etior erit· Quia vero frequēter corporal' infirmitas ex aīe languore ortū habet papa p exp̄ſſam decretalem cuilibꝫ medico corporis diſtricte p̄cipit· ne cuiq̄ egroto corpoream conferat medicinā priuſq̄ de ſpūal' medici confeſſoris ſcꝫ requiſitione eundem monuerit· Hinc expediens videretur vt in quib9libet paupm hoſpitalibus vl' domib9 dei ſtatuto firmaretur· ne q̄s ibidē eger ſuſcipi poſſꝫ q́ nō p̄mo ingreſſus die confeſſionez facerꝫ l' ydoneo ſacerdoti ad hoſpm deputato patus ꝯfiteri ſe ꝯtinuo p̄ſtaret ſicuti domo dei pariſieſi laudabiliter obſeruatur·

Explicit opuſculum triptitum de preceptis decalogi De confeſſione et de arte moriendi· ꝑ eximium ſacre theologie ꝓfeſſorem· Magiſtrū iohānem de Jerſona alme vniuerſitatis piſienſis Cancellarium·

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Quam mala sit tepiditas et negligencia causa que est veniale peccatum. unde hugo
de simone de Assinstade dicit dicens. Perniciosa nimis et molesta tepiditas Inferno
enim proxima et umbra mortis iure censetur. sane cum videmus homines pusillanimes et
remissos deficientes sub onere virga et calcaribus indigentes. Quorum brevis et rara
compunctio. animalis cogitatio. tepida conversatio. obediencia sine devocione. sermo sine circumspec-
tione. oratio sine cordis intencione. lectio sine edificatione. quos denique ut videmus vix
gehenne metus inhibet. vix pudor cohibet. vix frenat ratio vix disciplina coercet.
Et hi quidem si diu ita permanserint aut opprimuntur sub onere et succumbunt. Aut ea
quodammodo conservati sunt ut numquam ad plenam conspirent conscienciam divine miserationis dum
non in libertate spiritus quem solum facit iugum domini suave et onus leve. Unde et
perniciosa tepiditas manet quia voluntas eorum nondum purgata est. nec bonum
sibi volunt nec noverunt a propria concupiscencia abstracti et illecti. Amat enim cum carne
sua terrenas consolatiunculas in verbo signo vel facto. Et sic hec intercipiunt
aliquid. non tamen penitus rapiunt. Hinc est quod raro affectiones suas dirigunt in deum
et eorum compunctio non continua sed horaria est. Impletur autem miserationibus domini
cum hi quidem non possunt. Et quanto magis illis evacuabitur tanto magis spiritus complebitur.
Et si forte magis probabitur numquam esse illis miseri poterunt. Non enim spiritus
et caro ignis et tepiditas in uno dolio commorari possunt. Prefatam enim
tepiditatem dominus plectat vomitum provocare. Iuxta illud apocalipsis. Utinam frigidus
esses aut calidus sed quia tepidus es et incipiam te evomere de ore meo

Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
TIFFEN Gray Scale
A
M
B
R
G
B
W
G
K
C
Y
M
© The Tiffen Company, 2007